

**www.e-rara.ch**

**Prænotionum Canoniarum, Libri Qvinque**

**Doujat, Jean**

**Venetiis, MDCCXVII**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: RRs 97

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-66986>

Praenotionum canonicarum appendix.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# PRÆNOTIONUM CANONICARUM APPENDIX.

*Qua continentur quædam præcipua GEOGRAPHIÆ  
atque HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ Capita,  
ad Sacri Juris studium pernecessaria: nimirum*

- I. **N**otitia PROVINCIARUM AC METROPOLEON ECCLE-  
SIATICARUM, quales tempore Gregorii Magni fuerunt:  
addita hodierna Provinciarum & locorum nomenclatura.
- II. Index Alphabeticus CONCILIORUM, quibus usi autores nostri:  
quæ ad sua in libro secundo loca remittuntur: adjecta hodierna lo-  
corum appellatione.
- III. Index Alphabeticus omnium PONTIFICUM ROMANORUM,  
annotato cujusque numero, sive ordine successionis, & Pontificatus  
initio, ac tempore, singulis ad sua in libro secundo loca remissis.
- IV. Index Chronologicus PATRIARCHARUM CONSTANTINO-  
POLITANORUM, cum cujusque initio.
- V. ALEXANDRINORUM PATRIARCHARUM Index.
- VI. Index PATRIARCHARUM ANTIOCHENORUM.
- VII. PATRIARCHARUM HIEROSOLYMITANO-  
RUM Index.
- VIII. Index Alphabeticus SS. PATRUM ET AUTORUM ECCLE-  
SIATICORUM quibus usi Canonum Collectores.
- IX. ORDINUM ET CONGREGATIONUM REGULARIUM In-  
dex Chronologicus.

## LECTORI.

NE quid huic operi deesset, quod incepto convenire videretur, postetque non improbabiler desiderari; non ingratum tibi futurum putavi, si ei parerga quædam attexerem, quorum in studio Juris nostri non mediocris est, nec infrequens usus.

Eorum primum SACRARUM PROVINCIARUM, ac *Metropoleon* tibi nomenclaturam veterem & vulgarem exhibebit. Is ad statum sexti sæculi accommodandus est visus, quo Justinianus Africam de Vandalis, Italiam de Gothis recepit; & quo jam constitutis quinque majoribus Patriarchis, varietateque divisis Imperii Romani Provinciis, Concilium Quintum Oecumenicum Constantinopoli habitum est: quo seculo Hunni Pannoniæ pleraque; Galliam cum vicina Germania Franci sub Chlotario, ejusque liberis; Hispaniam Visigothi sub Levigildo, ac deinde Recaredo, (qui primus ejus gentis Catholicam Religionem professus est,) Britanniam denique Angli alique Saxonum populi obtinebant. Hoc seculum illustris Gregorii Pontificatus clausit, cum jam Italia inter Longobardos & Imperatores Græcos, horumve Exarchos seu Vicarios divisa esset. Quæ in his ab eo tempore mutatio, veterum Provinciarum in plures sectionibus, & novarum Metropoleon erectionibus contigerit, instituta hodiernarum & præsertim Auberti Miræi, Notitiarum cum hoc Indice collatione, facile quisque perspicere poterit.

Adjecti sunt Indices accurati septem, partim Alphabeticum, partim Chronologicum, tum *Summorum Pontificum* & aliorum quatuor *Patriarcharum*; tum *Conciliorum* Generalium, aliorumque celebriorum, & sanctorum *Patrum*, quorum frequens apud sacros scriptores mentio.

Horum Indicum postremo, Religiosæ familiæ, sive *Monachorum*, *Mendicantium*, *Clericorum Regularium Ordines*, & *Reformatæ Congregationes*, ab Ecclesiæ ferè incunabulis ad hæc nostra tempora, ita, servata seculorum serie, recensentur, ut cujusque Autor, Regula, Locus, Tempusque designetur. Specimen hic tantum dedi, quod mea, vel aliorum opera, & emendatius prodire, & justum in opus excrescere poterit.

Primum & ultimum hujus Appendicis articulos alteri operi adjunctos, superillustri quondam Mæcenati meo *Petro Segurio*, Franciæ Cancellario dignissimo, nuncupatos, tibi nunc reddo cum senore, ut Ecclesiasticæ penus instar habeas. Caterum temperare mihi non possum, quin, implendi officii causa, hujus, seu lucubrationis, seu collectionis frontem Epistola tanto Viro inscripta ornari cupiam: quod meæ in Heroem optimè de me, deque omni re literaria meritum, perpetuæ observantiæ, gratique in pios manes, animi extet hoc qualecumque monumentum.

## NOTITIA SIVE INDEX

PROVINCiarUM ET METROPOLEON

ECCLESIASTICARUM,

Prout Seculo Christi VI. constitutæ erant.

## CAPUT I

UNIVERSUS Orbis Christianus, in quinque majorum gentium *Patriarchas*, sine dispendio Ecclesiasticæ unitatis, divisus fuit. ROMANUM, ALEXANDRINUM atque ANTIOCHENUM, velut ab ipsis Ecclesiæ incunabilis institutos, agnovit Nicæna Synodus *can. 6.* rel. apud Gratianum in *can. mos antiquus, dist. 65.* quod scilicet has tres Ecclesias in maximis trium Orbis tunc cogniti partium urbibus, B. Petrus Apostolorum Princeps erexisset, Romanam & Antiochenam per seipsum, Alexandrinam per S. Marcum discipulum & comitem suum, *can. sacrosancta 2. vers. Prima ergo, dist. 22.* HIEROSOLYMITANO, sive Eliæ (ab Elío Hadriano inlauratore sic dictæ) Episcopo eadem Nicæna Synodus *can. 7.* qui refertur in *can. quoniam mos, ead. 65. dist.* ex vetusta traditione & antiquitatis recepto more, sessionem inter Patriarchas firmavit, salvo tamen jure Metropoleos, nimirum Cæsareæ, quæ post everfa à Vespasiano Hierosolyma, Palæstinæ primaria civitas fuerat constituta. Eadem sessionis jura obtinuit novo more *Constantinopolitanus* Episcopus, Concilii 2. Oecumenici *can. 5.* quem Gratianus exscripsit *can. 5. dist. 22.* Sedendi prærogativæ adjectum est Chalcedonenfis Concilii Decretis, tum CONSTANTINOPOLITANO, tum HIEROSOLYMITANO, jus ordinandorum Episcoporum: illi quidem ejus Synodi *can. 28.* assignatis tribus Diocæsisbus Thracica, Asiana, & Pontica; quarum administratio Constantinopolitani 1. Concilii *can. 2.* propriis cujusque Episcopis relicta fuerat, sub Heracleensi, Ephesino, & Cæsariensi Cappadociæ, velut Exarchis sive Primatibus. *Hierosolymitano*, ejusdem Concilii *act. 7.* subjectæ fuerunt Patriarchico jure Palæstinæ tres: quas tamen innovationes, tanquam Concilii Nicæni primi Constitutioni adversantes, diu Ecclesia Romana repudiavit, non modò post Theodosii junioris Constitutionem *l. omni 6. C. de sacros. Eccl.* sed & post Novelam Justiniani 131. quibus jus & honor Patriarchæ, Constantinopolitano delatus est: imò post Quinifexam sive Constantinopolitanam in Trullo Synodum, cujus *Canone 36. rel. in can. renovantes, dist. 22.* Constantinopolitanæ sedi, quòd ibi Roma nova esset, juxta Chalcedonenfe decretum, secundus locus & paria cum veteri Roma privilegia firmabantur, servato Alexandrinæ sedi tertio, Antiochenæ quarto, Hierosolymitanæ quinto loco: quod adhuc Octavæ quoque Synodi generalis *can. 21.* innovatum videre est in *22. dist. can. ult.* His nihilominus restitere Summi Pontifices, uti ex S. Leonis, S. Gregorii, Nicolai 2. ac Leo-

nis 9. epistolis constat. Verumtamen unionis & concordiae tuendae causa, Imperatoribus Graecis tandem in hoc gratificati sunt Romani Pontifices, saltem Innocentii 3. temporibus: atque hic hodie ordo inter Patriarchas servatur, *Cap. inter quatuor 8. in parte decisa, e. de majorit. & obed. quod & in Concil. generali Lateranensi 4. receptum, Cap. antiqua 23. e. de privil.* Caeteri verò quibus Patriarcharum attributus est titulus, hi minorum gentium Patriarchae, ac verius Primates, seu Graeca voce Exarchi sunt habendi; quae intermedia est inter Patriarchas & Metropolitanos dignitas, & Archiepiscopali titulo aliquando designatur, ut apud Isidorum in *Can. Cleros 1. vers. ordo Episcoporum, distinct. 21.* Etenim Archiepiscopi titulus communis est iis omnibus qui supra unius civitatis Episcopos constituti sunt.

De Metropolitanorum, qui vulgò Archiepiscopi dicuntur, deque Primatum potestate atque officio agitur apud Gratianum, *Causa praefertim III. quest. 6. & 9. quest. 3. Item Cap. 8. & quatuor seqq. e. de offic. & potest. Jud. Ordin. & cap. 14. atque ult. e. de Majorit. & Obedient.* Ordo Jurisdictionis colligitur ex tit. *de appellat. De Conciliis Provincialibus, & Synodis Dioecesanis tractatur distinct. 18.* Veniamus ad Provinciarum nomenclaturam secundum Patriarchatum ordinem.



# PATRIARCHATUS ROMANUS.



PISCOPORUM, & Metropolitanorum sacra Jurisdictio; Civitatum ac Provinciarum Romanarum limitibus magna ex parte continebatur, politico regimini sese accommodante Ecclesia. Verum alia fuisse videtur Patriarcharum ratio, ut non tam certis sibi assignatis Provinciis præessent, quam semel constitutis sedibus Patriarchalibus, prout quisque regiones & loca, sive per se, sive per Episcopos ab se missos ad fidem Christi convertisset; ita fines suos, tam intra, quam extra Romanum imperium, prorogarent; atque in iis Provinciis, & urbibus Episcopos sibi subiectos haberent.

Patriarchatus Romanus, cujus Antistes majores Diœceses obtinere dicitur, præest Occidenti universo, qui sex Diœceses seu majores Provinciarum inter se junctarum administrationes complectebatur, Italiam, Africam, Illyricum (olim totum), Galliam, Britanniam, atque Hispaniam.

## IN DIOECESI ITALIÆ.

### IN ITALIA.

#### PRIMATUS ROMANUS, Sub quo sex Provinciæ Ecclesiasticæ.

##### I. PROVINCIA ROMANA.

Metropolis ROMA. *Roma.*

Hujus Provinciæ sacre ambitu continebantur Civiles Provinciæ, seu Regiones Suburbicariæ novem quæ absque Metropolitibus Ecclesiasticis erant: nam aliæ duæ Suburbicariæ sacras habebant Metropoles.

1. Latium & Campania: *La Campagna di Roma e Terra di Lavoro; col Principato Citeriore.*
  2. Tuscia & Umbria: *La Toscana e Ducato di Spoleto.*
  3. Valeria: *La Sabina e parte dell' Abruzzo ulteriore.*
  4. Picenum Suburbicarium: *La Marca d' Ancona.*
  5. Picenum Annonarium. *Il Ducato d' Urbino.*
  6. Samnium. *La parte maggior dell' Abruzzo.*
  7. Apulia, & Calabria: *La Puglia o Capitanata e la Terra di Bari, colla Terra d'Otranto.*
  8. Lucania, & Brutii: *La Basilicata e la Calabria.*
  9. Corsica Insula: *L'Isola di Corsica.*
- II. PROVINCIA SICILIA. *L'Isola di Sicilia.*

Metro-

538 Cap. I. Notitia Provinciarum Ecclesiasticarum,

Metrop. Syracusæ. *Siracusa*, vulgò *Saragossa*.

III. Provincia SARDINIA. *L'Isola di Sardegna*.

M. Calaris, aliàs *Caralis*. *Cagliari*.

IV. Provincia MEDIOLANENSIS. *La maggior parte della Lombardia*.

M. Mediolanum. *Milano*.

Continebantur sub ea Provincia quatuor civiles, sine Metropolitibus Ecclesiasticis.

1. Liguria. *Lombardia di quà, e di là dal Pò, e la Riviera di Genova*.

2. Alpes Cottia. *Parte del Piemonte*.

3. Rhetia prima. *I Grigioni, il Tirolo, Trento*.

4. Rhetia secunda. *Parte della Svevia e Ducato di Baviera*.

V. AQUILEJENSIS, sub qua, Venetia, & Istria. *La Marca Trevigiana e Friuli coll'Istria*.

M. Aquileja. *Aquileja*.

VI. RAVENNENSIS.

Sub qua Provincia civiles, sine Metropolitibus sacris, duæ.

1. Flaminia. *La Romagna*.

2. Emilia. *La Lombardia di quà dal Pò*.

M. Ravenna. *Ravenna*.

---

IN DIOECESI AFRICÆ.

IN BARBARIA.

Metrop. Carthago, Justiniana 3. seu Africana dicta. *Cartagine*, vulgò *Almenara* hodie, aliis *Cartin*.

Ejus Episcopus per totam Diœcesin Africanam Primatus habebat jura.

Sub eo Provincia civiles sex, quibus pro Metropoli Ecclesiastica erat sedes antiquioris per unamquamque Provinciam Episcopi, qui Primas sive Primæ sedis Episcopus dicebatur.

1. Africa propria, sive Proconsularis, aliàs Zeugitana. *Il Regno di Tunisi verso l'Occidente*.

2. Byzacium, seu Byzacena. *Il Regno di Tunisi verso l'Oriente*.

3. Tripolitana, sive Tripolis. *Il Regno di Tripoli di Barbaria*.

4. Numidia. *Il Paese di Constantina, & de Bugia, dependente d'Algeri*.

5. Mauritania, Casariensis scilicet, Sitifensis per Justinianum, Numidia, ut puto, reddita. *Il Regno d'Algeri*.

6. Tingitana. *I Regni di Fez e di Marocco*.

Sardi-

Sardiniam Justinianus, post Vandasos, huic Dioecesi adjecerat, l. 1. Cod. de Offic. Praef. Praet. Afr. quæ tamen ad Italiam, & Primatum Romanum pertinebat, uti antè à nobis memorata.

## IN DIOECESI ILLYRICI OCCIDENTALIS.

### NELLA SCHIAVONIA.

Hæc Dioecesis sex Provinciis civilibus constabat, præter Valeriam, quæ militaris erat, atque à Duce regebatur. Verùm & hæc, & Pannonia secunda sive inferior, maxima ex parte, à Barbaris occupatæ fuerant, diruto Attilæ temporibus Sirmio: quod non modò secundæ Pannoniæ, sed & solidi Illyrici caput fuerat, tum in civili, tum in sacra politia; donec sedes Præfecti Prætorio, ea civitate amissa, Thessalonicam translata est, si qua Justiniano fides, *Novella XI.* Fuere post hæc in hac Dioecesi Provinciæ Ecclesiasticæ duæ.

#### I. LAUREACENSIS.

Qua continebantur, opinor, Provinciæ quatur civiles.

1. Noricum Ripense. *La maggior parte dell' Austria.*  
M. Laureacum. *Lorch appresso Lintz.*
2. Noricum Mediterraneum, *Salsburgo e Carintia.*
3. Pannonia I. sive superior. *L'Ungheria Cristiana verso il mezzo di, la Stiria e parte dell' Austria inferiore.*
4. Savia, Pannoniæ veteris ac Liburniæ pars. *La Schiavonia alta con parte della Croazia e Carniola.*

#### II. SALONITANA, sub qua, ni fallor, Provincia civilis una.

1. Dalmatia. *Dalmazia con parte della Croazia, e della Bosnia.*  
M. Salona. *Salona, rovinata, vicino a Spalatro.*

## IN DIOECESI GALLIARUM, QUÆ jam tum ferè tota sub Francis.

### I N F R A N C I A.

Civiles in hac Dioecesi Provinciæ septemdecim fuere Honorio impetrante: nondum tamen in eum numerum excreverant Provinciæ Ecclesiasticæ, quarum status cum civili sæpius, aliqua ex parte, mutatus. Eum hic describimus, qui sub primis Francorum Regibus fuisse videtur.

Eo tempore quatuor, quantum conjicere licet, intra Galliarum Dioecesein

540 Cap. I. Notitia Provinciarum Ecclesiasticarum,  
cesin extitere Primates, pro numero Provinciarum ab Augusto instituta-  
rum, Arelatensis, Lugdunensis, Treverensis, ac Bituricensis.

## I. PRIMATUS ARELATENSIS.

Sub quo Provinciæ quatuor Ecclesiasticæ, Civiles totidem: antea  
etiã quinque fuisse videntur, connumerata Alpina, cum nondum  
proprium haberet Metropolitanum.

1. Prov. ARELATENSIS, in Viennensi Provinc. Civili, quæ in duas  
Ecclesiasticas secta est. *Parte di Provenza e Dolfinato verso l'Occidente.*

M. Arelatum, cujus Episcopus plerumque sedis Apostolicæ per  
Galliam Vicarius. *Arles.*

2. Viennensis, in eadem Civili Prov. cui subjectæ Alpes Grajæ ubi  
postea Tarantasiæ Metropolitanum jus est attributum. *Parte del Dolfi-  
nato e Savoja.*

M. Vienna. *Vienna.*

3. Narbonensis prima, adhuc majori ex parte sub Visigothis. *La  
Lingadoca per la maggior parte.*

M. Narbona. *Narbona.*

5. Narbonensis secunda. *La Provenza verso il Mezzodi.*

M. Aquæ-Sextiæ, (quæ adhuc usque tempora inter Episcopales  
numerabatur) his addenda, ex Narbonensis veteris segmentis. *Aix in  
Provenza.*

5. Alpina, sive Alpes Maritimæ. *Parte del Dolfinato e Provenza verso  
l'Oriente.*

M. Ebrodunum, aliàs Ebredunum. *Ambrun.*

## II. PRIMATUS LUGDUNENSIS.

Quem agnovere Episcopi Civiliū quinque Provinciarum, Ecclesia-  
sticarum verò quatuor.

1. Lugdunensis prima, qua includebatur, ni fallor, Maxima Sequa-  
norum, ubi deinde Vefontio Metropolis etiã Ecclesiastica facta. *Il  
Lionese, la Borgogna, la Franca Contea, &c.*

M. Lugdunum. *Lion.*

2. Lugdunensis II. *La Normandia.*

M. Rothomagus. *Roven.*

3. Lugdunensis III. seu Turonica. *La Turenà, Angiò, Maine o Ma-  
nese, Bretagna.*

M. Civitas Turonorum. *Turs.*

4. Lugdunensis IV. Senonia. *Il Senonese, Beauſe parte di Francia e  
di Sciampagna.*

M. Civitas Senonum. *Sans.*

Ex hac detracta est Metrop. Parisiensis hoc nostro seculo.

## III. PRIMATUS TREVERENSIS.

Cujus non adedò indubitata occurrunt argumenta, & cujus reverà non diu autoritas stetit, sive ob concessa Ecclesiæ Rhemenfi privilegia, sive aliis de causis. Continebat quatuor Civiles Provincias, Ecclesiasticas duas. Hæ fuere.

1. Belgica I. adjunctis, ni fallor, Germania I. & Germania 2. in quibus octavo saltem seculo Moguntiacus, & Colonia Agrippina Metropleon titulo decoratæ sunt. *Treviri e la Lorena, l'Alsazia, il Palatinato inferiore, Colonia e le Provincie Unite.*

M. Civ. Treverorum. *Treviri.*

2. Belgica II. *La Sciampagna verso l'Oriente, la Picardia e i Paesi-Bassi Cattolici.*

M. Civ. Rhemorum. *Reims.*

## IV. PRIMATUS BITURICENSIS.

Quæ sedes olim toti Aquitaniæ præfuit: sed deinde Burdigalensi concessa fuere privilegia sua. Sunt autem Aquitanicæ tres Provinciæ, tam Ecclesiasticæ, quam Civiles.

1. Aquitania prima. *Il Berrì, il Limosin, l'Avvergna, &c.*

M. Biturica Civ. *Burges.*

2. Aquitania secunda. *La Guienna, il Poeth, &c.*

M. Burdegala. *Bordeos.*

3. Novempopulana. *Guaascogna.*

M. Elusa, cujus sedes Augustam Auscorum postea translata. *Aux in Armagnac.*

IN DIOECESI HISPANIARUM,  
sub Gothis, & Svevis.*Nella SPAGNA.*

Præter Tingitanam, quæ, transfretum Gaditanum in Africano solo posita, nihilominus diu Hispaniæ contributa fuit; & præter Baleares Insulas, quas Notitiæ quædam ab Hispania Tarraconensi sejungunt: Provinciæ Civiles quinque in Hispanica Diœcesi fuerunt: Ecclesiasticæ verò sex extremo seculo sexto, sub duabus Pontificis Romani Vicariis, Hispalensi ac Tarraconensi.

SUB HISPALENSI VICARIATU Provinciæ numerabantur duæ.

1. Bætica. *Andalusia e Granata.*

M. Hispalis. *Siviglia.*

2. Lu-

542 Cap. I. Notitia Provinciarum Ecclesiasticarum,

2. Lusitania. *Il Portogallo per la maggior parte colle Frontiere di Castiglia e di Estremadura.*

*Emerita, unde tandem sedes Compostellam translata. Merida.*

SUB VICARIATU TARRACONENSI Provinciae tres  
Civiles, Ecclesiasticae quatuor.

1. Tarraconensis. *Catalogna, Aragona, Navarra, e parte di Castiglia.*  
M. Tarraco. *Tarragona.*

2. Carthaginensis. *Murcia Valenza, Castiglia nuova per la maggior parte.*  
M. Carthago nova. *Cartagena.*

Deinde Toletum, cui attributus totius Hispaniae Primatus ann. 589.  
*Toledo.*

*Gallecia, quae tempore Theodemiri Suevorum Regis in duas Provincias Ecclesiasticas divisa est. Gallizia, Asturia, Leo, Biscaglia, e parte di Portogallo verso Settentrione. Sic fuit.*

3. Prov. Bracarensis, cujus Metr. Bracara. *Braga in Portogallo.*

4. Lucensis.

*Cujus Metr. Lucus Augusti, quae postea dignitatem Metropolitanam amisit. Lugo in Gallizia.*

---

IN DIOECESI BRITANNIARUM  
Sub Anglis, aliisque Nationibus.

*Nella Gran BRETAGNA.*

Britanniarum Primatus Episcopo DOROVERNENSI assignatus est, cui paruisse creduntur, intra veteres Imperii Romani fines, Provinciae tres Ecclesiasticae: extra eos Provinciae duae initio fuerunt.

1. Britannia Australis sive Prima: & Media sive Flavia Caesariensis.  
*Regno di Kent, Essex, West-sax, e Sussex: Ost-Angeln, e Mercia.*

M. Londinum. *Londra.*

Postea tempore S. Gregorii Dorovernum, quae & Cantuaria. *Cantorbery.*

2. Anglia Borealis, olim Maxima Caesariensis. *Northumbria.*

M. Eboracum. *York.*

3. Cambria, antea Britannia Secunda. *Il Paese di Galles.*

M. Carleona, sive Legio secunda, alias Isca Silurum. *Caer. leon.*

Postea Meneviam translata. *Santo David. Præterea.*

4. Scotia, Cujus prisca Metropolis incerta. *Scotia.*

5. Hibernia. *Irlanda.*

M. Armacha. *Armach.*

IN TRACTU ILLYRICI ORIENTALIS.

Nell' IMPERIO DEL TURCO IN EUROPA.

AC PRIMO IN DIOECESI

MACEDONIAE.

IN GRECIA O MACEDONIA E MOREA.

PRIMATUS THESSALONICENSIS.

Sub quo Provinciae Civiles septem, Metropoles novem Ecclesiasticae.

1. Macedonia 1. *La Macedonia verso il Mezzodi.*

M. Thessalonica, cujus Episcopus Sedis Apostolicae Vicarius, *Thessalonica*, vulgò *Salonichi*.

2. Macedonia 2. *Jamboli o Macedonia verso il Settentrione.*

(Quae in Nov. II. Primae Justinianae Primatui assignatur. Sed omititur in Nov. 131. cap. 3.)

M. Philippi. *Filippo.*

3. Thessalia. *Tessaglia, Comenolitari.*

M. Larissa. *Larissa.*

4. Achaia, sive Graecia, quae & Proconsularis. *La Morea e Livadia che propriamente sono la Grecia.*

M. Corinthus. *Corinto, Coranto.* Cui addita Metropoles.

*Patrae, Patrasso, Athenae in Hellade. Atene, in Turco Satine.*

5. Epirus vetus. *Larta, Janina, e Canina.*

M. Nicopolis. *Prevesa.*

6. Epirus nova. *Albania, Arnautili in Turco.*

M. Dyrrachum. *Durazzo.*

7. Creta insula. *L'Isola di Candia; in Turco, Kirit-ada.*

M. Gortyna. *Gortina.*

IN EJUSDEM  
ILLYRICI DIOECESI DACIÆ.

Nella S E R V I A.

## PRIMATUS ACHRIDANUS.

Achridem sive Achridam patriam suam Justinianus, à se instauratam, Primam Justinianam appellari iussit, eique sex Provincias Civiles assignari, quas & ejus Episcopo, Archiepiscopi, sive Primatis dignitate decorato, in sacris subjici voluit, huncque Vicarium in iis Romanæ Sedis constitui, quod à Vigilio Papa impetratum. *Nov. II. & Nov. 131. cap. 3.*

M. Prima JUSTINIANA sive Achris, postea Bulgarorum regia. *Justandil.*

1. Prov. Dacia Mediterranea, detracta ex veteri Mœsia. *Frontiera di Servia, e di Bulgaria, verso il Mezzodì.*

M. Sardica. *Triadizza, vicino a Sofia.*

2. Ripensis, sive Secunda, *Frontiera di Servia, e di Bulgaria, lunga il Danubio.*

Ex Mœsia quoque veteri decerpta, quæ an distincta in factis à superiore fuerit, minus compertum,

M. Ratiaria, *Aresar, vel Aquæ verso Zargena.*

3. Prævalis, seu Prævalitana. *Frontiera di Dalmazia e d'Albania.*

M. Scodra. *Scutari, in Turco Iscodar.*

4. Dardania. *La Servia Orientale, verso il Mezzodì.*

M. Scupi. *Uscup.*

5. Mœsia superior cum parte Pannoniæ Secundæ. *La Rascia o Servia Occidentale.*

Quam in Ecclesiæ politia disjunctam à Dacia pronunciare non est in promptu.

M. Viminacium, *Vrucziderna*, aliàs *Bidena*, aut *Sigidunum Zenderim.*

# PATRIARCHATUS CONSTANTINOPOLITANUS,

Cui attributæ tres Diœceses, Thracia, Pontus, Asia: His accessit totum Illyricum Orientale, imò & Sicilia tandem cum Calabria, foventibus Græcis Cæsaribus Patriarchæ Constantinopolitani effrenatam ambitionem: Sed de his dictum in Patriarchatu Romano, ad quem reverè spectant.

## IN DIOECESI THRACIARUM,

*in ROMANIA, RUMELI in Turco.*

M. CONSTANTINOPOLIS. *Constantinopoli, vulgò Stambol.*

Exarchatus HERACLEÆ.

In hac Diœcesi Provincia sex numerabantur.

1. Europa strictè sumpta. *La Romania Orientale, verso il Mezzodì.*  
M. Heraclea, aliàs Perinthus. *Eraclea, vulgò Iraclia.*
2. Thracia propriè dicta. *La Romania Occidentale.*  
M. Philippopolis. *Filippopoli, v. Felibe.*
3. Hæminontus. *La Romania Orientale, verso il Settentrione, Zagorie.*  
Hadrianopolis. *Andrinopoli, T. Edrena.*
4. Rhodope. *La Romania Meridionale.*  
M. Trajanopolis. *Trajanopoli.*
5. Mœsia secunda, sive inferior. *La Bulgaria Orientale, verso il Mezzodì.*  
M. Marcianopolis. *Marcianopoli, v. Preslavia.*
6. Scythia, minor scilicet; cis Istrum. *Sirfia, Bulgaria Orientale verso il Settentrione.*  
M. Tomi. *Tomisvar.*

Huc pertinebat Gothia.

Ad hanc quoque Diœcesin referebantur, extra Imperium Romanum, Russi.

## IN DIOECESI PONTICA.

Nella NATOLIA SETTENTRIONALE.

## Exarchatus CÆSARÆ MAGNÆ.

In hac Diœcesi Provinciæ Civiles fuere duodecim ex dispositione Justiniani, conjunctis Paphlagonia cum Honoriade, & Ponto Polemoniaco cum Helenoponto; instituta præterea tum Cappadocia tertia, & nova Justiniana, ex confiniis majoris, minorisque primæ Armeniæ ac Ponti Polemoniaci coagmentata; additisque Armenia magna & Lazica, qua Romanis sive Græcis parebant: At Metropoles Ecclesiasticæ plures fuere, unicuique conjunctatum Provinciarum servata sua Metropoli sacra, & ubique ferè servato Ecclesiæ statu, quo in quibusdam Provinciis jam plures Metropoles constitutæ fuerant.

1. Cappadocia prima. *Parte d' Aladula, e d' Amasia.*  
M. Cæsarea magna, antea Mazaca. *Cæsaria, Carefer* in tabulis.
2. Cappadocia secunda. *Frontiera d' Aladula, e di Caramania.*  
M. Tyana. *Tiagna.*
3. Cappadocia tertia. *Frontiera d' Aladula, e di Kiangara.*  
M. Justinianopolis, aliàs Mocißus. *Mocißa.*
4. Armenia 1. *Sivas, e Pegian.*  
M. Sebaſtea. *Savstia, o Sivas.*
5. Armenia 2. *Bozoch.*  
M. Melitene. *Malattia.*
6. Galatia prima. *Kiangara verso il Settentrione, v. Gelas.*  
M. Ancyra. *Anguri.*
7. Galatia secunda, sive Salutaris. *Kiangara, verso il Mezzodi, e parte di Kiontaja.*  
M. Pessinus. *Poßena.*
8. Bithynia. *Bursia, v. Osmanili.*  
Metrop. Nicomedia. *Comidia. T. Isnighimid.* Huic additæ Nicæa, *Nicea, Isnich,* & Chalcedon, quæ etiam Justiniana. 3. *Calcedonia, Scutareto.*
9. Honorias, ab Honorio Imperatore dicta. *Bolli.*  
M. Claudiopolis. *Boli.*
10. Paphlagonia. *Roni, aliàs Flagania.*  
M. Gangra. *Cangria. T. Kiengar.*
11. Helenopontus, à Constantino de nomine matris Helenæ appellatus. *Amasia verso l'Occidente.*  
M. Amasæa. *Amasia.*
12. Pontus Polemoniacus. *Amasia verso l'Oriente.*  
M. Neocæsarea. *Nicfar.*

Ad hanc Diœcesin spectabant Bosporani, & Zechi Scythiæ, ac Lazi Col-

Colchidis populi, quorum partem Justinianus subegit; & omninò extra Imperium *Alani*.

I N D I O E C E S I A S I A N A .

Nella NATOLIA VERSO IL MEZZODI.

Exarchatus EPHESINUS.

Hæc Diœcesis Provincias Civiles undecim, at sacras Metropoles quatuordecim complectebatur.

1. Asia propria, seu Proconsularis. *Sarchan*, ò *Sarchiam*, aliis *Quiscon*.  
M. Ephesus. *Efeso*, rovinato.
2. Hellepontus, olim Myfia, & Phrygia minor. *Becfangil*.  
M. Cyzicus. *Cifco*.
3. Insulæ Cyclades. *Isole dell' Arcipelago intorno all' Asia minore*.  
M. Rhodus. *Rodi*.  
Huic adjecta  
Mitylene in Lemno. *Metelino*.
4. Lydia. *Carasia*.  
M. Sardis. *Sardia*.
5. Phrygia 1. seu Pacatiana, quibusdam Cappatiana. *Germian*, verso il Mezzodi Occidentale.  
M. Laodicea ad Mæandrum. *Laodicea*, v. *Laudichia*.  
Eique addita Hierapolis Phrygiæ. *Seidischeber*. T.
6. Phrygia 2. Salutaris. *Germian*, verso il Greco, e p. di *Kioutaja*.  
M. Synnada. *Sinada*.
7. Caria: cujus pars Borealis, Carophrygia dicta. *Aidin-eli*.  
Metrop. Aphrodisias, è cujus ruinis crevit *Stauropolis*. *Apodisia*.  
*Santa Croce*.
8. Lycia. *Memesia*.  
M. Myra. *Strumita*.
9. Pisidia. *Versac-eli*, parte della *Caramania largamente presa*.  
M. Antiochia Pisidiæ. *Antiochia di Pisidia*.
10. Lycaonia. *Cogni*.  
M. Iconicum. *Cogni*.
11. Pamphylia. *Settalia Orientale*, parte di *Caramania largamente presa*.  
M. Sida. *Scandelor*, ò *Satalia vecchia*.
12. Pamphylia altera. *Satalia Occidentale*.  
M. Perge; postea *Syllæum*, tandem *Attaliam* translata. *Pirgi*.

# P A T R I A R C H A T U S

## A L E X A N D R I N U S .

### I N D I O E C E S I Æ G Y P T I .

In E G I T T O , v. E L - C H I B E T .

Constabat hic Patriarchatus, intra Imperii limites, Ægyptiaca Diocesi, quæ tempore Justiniani divisa erat in novem Provincias.

1. Ægyptus prima. *Erris verso l'Occidente.*  
M. Alexandria. *Alexandria di Egitto, v. Scanderia.*
2. Ægyptus II. in occidua Niliaci Delta regione. *Erris verso l'Oriente.*  
M. Cabasa. *Mahatelimì.*
3. Augustamnica, partim intra, partim extra Delta. *Bebria verso l'Oriente e'l Settentrione.*  
M. Pelusium. *Berelles, vicino a Belbais.*
4. Augustamnica II. *Bebria verso l'Occidente e'l Mezzodì.*  
M. Leontopolis. *Leonton.*
5. Arcadia, dicta ab Arcadio Imperatore, olim Heptanomis. *L'Egitto intorno e sopra il Cairo.*  
M. Oxyrinchus Entre. *Dealmarath, e Palema.*
6. Thebais I. *Sahid, verso il Settentrione.*  
M. Antinoe. *Anthios.*
7. Thebais II. *Sahid, verso il Mezzodì.*  
M. Ptolemais Hermii. *Vers El-Fium.*
8. Lybia superior, seu Pentapolis, antea Cyrenaica. *Barca verso l'Occidente.*  
Ptolemais Pentapoleos. *Tolometta.*
9. Lybia secunda, inferior, five Marmarica. *Barca, verso l'Oriente.*  
M. Darnis. *Pres de Bonandria.*

Extra Romanum Imperium, Alexandrinum Patriarcham respiciebant Æthiopes, sub Primato sive Catholico suo, & ex parte Indi atque Arabes.

# PATRIARCHATUS ANTIOCHENUS

IN DIOECESI ORIENTIS.

Nel LEVANTE O SORIA, ARAB. SCHAM.

Hæc Dioecesis ( præter Palæstinas ) habebat Provincias tredecim, quæ Antiocheno Patriarchæ parebant.

1. Syria I. *La Soria, verso il Mæstro.*  
M. Antiochia, sive Theopolis. *Antiochia, v. Antàchia, rovinata.*
2. Syria II. *Salutaris, pars Cœles, ut & superior. Soria, al Mezzodì della precedente nelle terre.*  
M. Apamea. *Hama, ou Hamous.*
3. Theodorias, à Justiniano, ut puto, instituta de nomine Theodoræ uxoris. *La Soria, verso il Mezzodì della prima; lungo il mare.*  
M. Laodicæa. *Lica.*
4. Phœnicia propria, Paralia scilicet, sive Maritima. *La Fenicia, v. Founiki.*  
M. Tyrus. *Sor.*  
Cui adjecta Berytus. *Bairut.*
5. Phœnicia Libani. *La Soria, intorno à Damasco.*  
M. Damascus. *Damasco; Arab. Scham.*
6. Euphratensis, antea Comagene. *La Soria, verso il Nord-Est, lungo l'Eufrate.*  
M. Hierapolis. *Non lungi d'Aleppo.*
7. Arabia, Petraea scilicet. *Barraab.*  
M. Bosra. *Bussereth.*
8. Cilicia prima. *La Caramania maritima, verso il mezzo.*  
M. Tarsus. *Tarso. T. Tersifch.*
9. Cilicia secunda. *La Caramania Orientale, e Settentrionale.*  
M. Anazarbus. *Acfar.*
10. Isauria. *Sauria, parte Occidentale della Caramania.*  
M. Seleucia Isauriæ. *Selekia.*
11. Cyprus insula. *L'Isola di Cipro. T. Couprus-ada.*  
M. Constantia Cypri, aliàs Salamina; postea Justiniana secunda. *Constanza, rovinata, vicino a Famagosta.*

Trans Euphratem.

12. Osrhoene, antea Adiabene. *Il Diarbecher verso l'Occidente.*  
M. Edeffa. *Orfa. Ar-Rhoais.*
13. Mesopotamia. *La maggior parte del Diarbecher.*  
M. Amida. *Cara-Hemit.*  
*Prangt. Canonic. Doujat.*

Huc pertinebant extra Romanum solum Iberia, Armenia major, cum Catholico sive universalis Præsule suo, qui post Patriarcha dicitur: Persis item, ubi Catholicus Seleucia Parthorum seu Ctesiphontis; Bagdat, cæteræque nationes ad Indiam usque.

# PATRIARCHATUS HIEROSOLYMITANUS

IN PALÆSTINA.

IN TERRA SANTA.

M. HIEROSOLYMA, aliàs Ælia. *Jerusalem, Arab. Kouts-Scherifi.*

Huic Patriarchæ assignata fuit Palæstina triplex, id est in tres Provincias divisa, quæ antea parebat Antiocheno.

1. Palæstina prima. *Judea, Samaria, e parte di Galilea.*

M. Cæsarea Palæstinæ. *Cæsarea, v. Caïsar.*

2. Palæstina secunda. *Galilea Orientale, e Paese oltre il Giordano. v. Bidumi.*

M. Scythopolis antea Nyssa. *Bethsan.*

3. Palæstina tertia, salutaris. *Parte d'Idumea, Arabia Petrea, e Giudea Meridionale.*

M. Petra. *Montereal, v. Crach.*



## II.

# INDEX CONCILIORUM, UNIVERSALIU omnium ; Localium autem omnium quorum Collectores Canonum meminere, aliorumque aliquot Celebriorum ad Seculum usque 12.

*Adjiciuntur ad pleniorē notitiā, vulgaria singulorum nomina, tempora, & loca Prænotionum in quibus de unoquoque agitur.*

Inferta sunt præcipua quædam *Conciliabula* caractere Italico distincta, tum & alia *Opera* Canonibus immixta quæ Asterisco prænotantur.

*Nota 1. Concilia Generalia literis majusculis scribi.*

*Nota 2. quæ apud aliquam Civitatem sive locum habita dicuntur, ea in ordine in itialis sive primæ cujusque loci literæ quærenda esse.*

## A

- A**QUIRENSE, lege & quære *Ancyranum*.  
 Africanum generale, d' *Africa*, sub Zosimo P.p. aliàs Carthaginense  
 6. anno Christi 417. v. Prænot. pag. 146.  
 Africanum seu Carthaginense generale sub Cælestino, an. 424. ( al-  
 quando citatur pro Milevitano ) v. pag. 146.  
 Agathense in Gallia, d' *Agde*, anno 506. pag. 149.  
 Agrippinense sive Colonienſe in Germania, di *Colonia*, fortè anni 887.  
 pag. 167.  
 Apud Alichium, lege apud *Altheim*.  
 Apud Alphesum, idem.  
 Apud Altenem, idem.  
 Altheimense, in Rhetia, d' *Altheim*, anno 917. pag. 167.  
 Altiffiodorensē, vide *Antiffiodorensē*.  
 Alvernix, vide *Claromontanum*, & *Arvernium*.  
 Apud Alumias, corruptè pro apud *Alvernias*, vide *Claromontanum*,  
 citatur pro Valentino.  
 Ananethense, lege & quære *Nannettense*.  
 Anchiritanum, vide *Ancyranum* sequens.  
 Ancyranum, quod & Ancyritanum, & Ancyrenſe, vel Anquirenſe, in  
 Pontica, d' *Ancira*, an. 314. pag. 145.  
 Anglicum sive Anglicanum, d' *Inghilterra*, à Dunſtano Cantuarienſi ha-  
 bitum, an. 969. pag. 168.  
 Anglicum generale, sive Londonienſe, præſide Lanfranco, ann. 1075.  
 pag. 168. & seq.  
 Anquirenſe, pro Ancyrenſi, seu Ancyrano : citatur aliquando pro  
 Concilio Romano Damasi.

- Antiochenum in Syria, d' *Antiochia*, an. 341. pag. 145.  
 Antissiodorense vel Autissiodorense, in Gallia, d' *Auserra*, an. 578.  
 pag. 151.  
 Aphricanum, lege *Africanum*, ut supra.  
 In Apulia, vide *Melphiense*.  
 Aquisgranense in Gallia Germaniæque confinio, di *Aquisgrano*, anno  
 816. pag. 162.  
 Aquisgranense II. an. 838. pag. eadem.  
 Aquisgranense III. ann. 862.  
 Arausicanum I. five Arausionense, quod & Aurasicum, in Gallia, d' *O-*  
*range*, ann. 441. pag. 148.  
 Arausicanum II. ann. 529. pag. ead.  
 Arelatense I. in Gallia, d' *Arles*, ann. 314. pag. 138.  
 Arelatense II. quod & Arelatense absolutè, anno 452. pag. 147.  
 Arelatense IV. quod à Collectoribus tertium dicitur, ann. 524. pag. 148.  
 Arelatense V. anno 554. pag. 148.  
 Arelatense VI. (aliquando perperam III.) anno 813. pag. 161.  
 Ariminense Conciliabulum in Italia, d' *Arimini*, an. 359. pag. 142.  
 Arvernense I. d' *Arvergnæ*, an. 535. pag. 150.  
 Arvernense II. five apud Arverniam, anno 549. pag. 151.  
 Augustodunense in Gallia, d' *Autun*, Sancti Leodégarii an. 670. p. 152.  
 Augustodunense five Eduense, an. 1077. ab Hugone Legato habitum pag.  
 165.  
 Augustodunense aliud five Eduense, perperam *Ostionense*, anno 1094.  
 pag. eadem.  
 Aurasicum five Auraicense, lege *Arausicanum*, ut supra.  
 Aurelianense I. in Gallia, d' *Orleans*, an. 511. pag. 149.  
 Aurelianense II. an. 533. ibidem.  
 Aurelianense III. an. 538. ibidem.  
 Aurelianense IV. anno 541. pag. ead.  
 Aurelianense V. anno 549. pag. 150.  
 Autissiodorense V. vide *Antissiodorense*.

## B

- B**ASILEENSE generale, in Helvetia, di *Basilea*, anno 1431. ad 1439.  
 pag. 136.  
 Bellovacense five apud *Belvacum* in Gallia, di *Boves*, ann. 845. pag.  
 162.  
 Belvacense five Bellovacense aliud, anno 1114.  
 Beneventanum Urbani Papæ, in Italia, di *Benevento*, anno 1091.  
 Bonifacii Papæ, id est Romanum I. sub Bonifacio, di *Roma sotto Boni-*  
*fazio III.* anno 606. pag. 157.  
 Bracarense II. aliis III. in Gallecia, di *Braga in Portogallo*, an. 563. pag. 154.  
 Bracarense II. Martini, aliis III. an. 572. pag. 154.  
 \*Breviarium Alarici five Codicis Theodosiani Editio Gothica, an. 506.  
 Bylonense, fallum, fortè pro Cabilonenfi cujus Canones non extant, quod  
 habitum anno 1063.

C

- C**ABILONENSE I. in Gallia, di Scialon sopra Saona, anno 650. pag. 152.
- Cabilonense II. anno 813. pag. 162.
- Cabilonense aliud, anno 515. pag. 164.
- Cæsaraugustanum, in Hispania, di Saragossa, anno 592. pag. 152.
- Calchedonense, vide *Chalcedonense*.
- \* Canones Apostolorum circa annum 281.
- Cantuariense in Anglia, di Contorbery, an. 820. falsò pro Canonibus Apostolorum aliquando laudatum.
- \* Capitularia Regum Francorum, collecta circa annum 830. &c. p. 367.
- Carificense, sive apud Carificum, malè apud Tanfiacum, di Cressy, anno 849. pag. 163.
- Caroli Imperatoris Concilium, pro Capitularibus Caroli Magni.
- Carthaginense Cypriani, (quod habetur in Collectionibus Græcorum) in Africa, di Cartagine, circa an. 254. pag. 145.
- Carthaginense absolute, sive Africanum generale, circa annum 424. pag. 146. sumitur etiam pro 2. 3. & aliis Carthaginensibus.
- Carthaginense I. anno 348. pag. 145.
- Carthaginense II. an. 390. pag. eadem.
- Carthaginense III. anno 397. pag. eadem.
- Carthaginense IV. veriùs 5. anno 398. pag. eadem.
- Carthaginense V. veriùs IV. eodem anno, pag. 146.
- Carthaginense VI. & VII. anno 418. pag. 146.
- Carthaginense VIII. citatur pro Milevitano.
- Cassellanum sive Cassiliense, di Cassel in Irlanda, an. 1172.
- CHALCEDONENSE** sive Calchedonense in Bithynia, œcumenicum 4. di Calcedonia, an. 451. pag. 124.
- Claromontanum, alias Arvernicum, sive Alverniæ & Urbanense Alverniæ, di Chiaromonte in Arvergna, an. 1095. pag. 140.
- \* Codex Theodosianus, anno 438.
- \* Codex Justiniani, anno 534.
- Coloniense, vide *Agrippinense*.
- Compendiense, sive apud Compendium, in Gallia, di Compiegne, an. 757. pag. 161.
- Confluentium, sive apud Confluentiam, in Germania, di Coblens, ann. 822. pag. 167.
- In Basilica Constantiniana, id est apud Lateranum. Vide Romanum sub Nicolao II. di S. Giovanni in Laterano, ann. 1059. pag. 158. perperam alicubi pro Constantinopolitano.
- CONSTANTIENSE** Generale XVI. in Germania, di Costanza, an. 1414. pag. 135.
- CONSTANTINOPOLITANUM** Primum generale II. in Thracia, di Constantinopoli, anno 381. pag. 121.
- Constantinopolitanum sub Menna Patriarcha, anno 536. pag. 146.
- CONSTANTINOPOLITANUM** II. generale V. anno 553. p. 127.
- CONSTANTINOPOLITANUM** III. generale VI. an. 680. & 681. p. 129.

- Constantinopolitanum in Trullo, *Quinisextum*, quod *Sextæ* Synodi nomine aliquando appellatur, sed perperam, an. 692. pag. 139.  
*Constantinopolitanum* Conciliabulum, five Synodus *Pseudo-septima*, an. 754. pag. 142.  
*Constantinopolitanum Photianum* in templo Apostolorum Conciliabulum, *Græci Primam & Secundam* Synodum, Nicolaus Papa Latrocinalem vocat, an. 861. pag. 142.  
 CONSTANTINOPOLITANUM IV. Oecumenicum VIII. anno 869. & 870. pag. 130.  
*Constantinopolitanum Photianum* in templo *Sophiæ*: *Græcis Schismaticis*, *Pseudo-octava* Synodus, anno 879. pag. 142.  
 Apud Convicinum, prope *Silvanectum*, in *Gallia*, *f. di Gouvieux*, anno 863. pag. 170. v. *Silvanectense*.

## D

DIGESTA, five *Pandectæ Justiniani*, anno 533. pag. 279.

## E

- EDUENSE, five *Augustodunense*, in *Gallia*, *d' Autun*, malè alicubi *Eduense*, anno 670. pag. 154.  
 Eduense sub *Gregorio VII.* anno 1077. pag. 165.  
 Eduense, seu *Augustodunense* aliud, sub *Urbano II.* anno 1094. pag. 165.  
 Eliberitanum, five *Elibertinum*, vel *Eliberinum*, in *Hispania*, *d' Eliberi*, ovvero *d' Elvira*, an. 305. pag. 154.  
 Emeritense, in *Hispania*, *di Merida*, anno 666. pag. 154.  
 Epaunense, five *Epaonense* in *Gallia*, *d' Epaona*, o *di Ponas*, malè aliquando *Eupanense*, anno 517. pag. 150.  
 EPHESINUM I. generale III. in *Asia*, *d' Efeso*, anno 431. p. 123.  
*Ephesinum* II. Conciliabulum, five Synodus *Ephesina Latrocinialis*, anno 449. pag. 142.  
 Apud *Ephesum*, corruptè pro *apud Erphesfurt* sequenti.  
 Erphordienne, five apud *Erphesfurt*, in *Germania*, *d' Erford*, an. 932. pag. 168.  
 Eugenii Papæ, five *Romanum* sub *Eugenio II. d' Roma sotto Eugenio*, anno 826. pag. 158.

## F

- Apud **F**AVENTIAM, *di Faenza*, nullum extat: fortè pro *Placentino*, anni 1095.  
 FLORENTINUM generale XVIII. in *Italia*, *di Firenze*, an. 1438. ad 1441. pag. 137.  
 Forojulienne, in *Italia*, *di Friuli*, an. 791. pag. 159.  
 Francicum, fortè pro *Liptinensi*, *di Lessines*.  
 Francofordienne, five *Frankfurtense*, in *Germania*, *di Francfort*, anno 794. pag. 140.

G

- G** ABILONENSE, lege Cabilonense.  
 Gangrense in Pontica, di *Gangra*, circa annum 324. pag. 145.  
 Gerundenſe in Hispania, di *Gironna*, an. 517. pag. 154.  
 \* Geſta Pontificum Romanorum, circa an. 968.  
 Apud Guarmatiam, vide Vormaciense.  
 Guafallense in Longobardia, ſive apud Guardafallum, di *Guaſtalla*, an. 1106. pag. 160.

H

- H** ADRIANI Papæ, di *Roma ſotto Adriano II.* anno 868. pagin. 158.  
 Heduenſe, vide *Eduenſe*, & *Auguſtodunenſe*.  
 Hibernenſe, ſive *Hibernicum*, d' *Irlanda*, fortè anni 1151. pagin. 169.  
 Hilerdenſe, ſcribe & quære *Ilerdenſe*.  
 Hipponenſe, malè quibuſdam Hyponenſe, d' *Ipbona*, in Africa, an. 393. pag. 146. aliquando perperam citatur pro *Epaunenſi*.  
 Hiſpalenſe I. in Hispania, di *Siviglia*, circa an. 590. pag. 154.  
 Hiſpalenſe II. anno 619. pag. eadem.  
 \* *Hiſtoria Tripertita*, circa 528.  
 \* *Hiſtoria Miſcella*, circa 880.  
 Hybernenſe, imò Hibernenſe.

I

- I** LERDENſE in Hispania, di *Lerida*, anno 524. pag. 154.  
 \* *Inſtitutiones Juſtiniani*, anno 533. pag. 279.  
 Joannis Papæ IX. *Ravennæ habitum* in Italia, anno 904. vide *Ravennate*, pag. 160.

L

- L** AODICENſE, ſive *Laodiceum*, di *Laodicea*, in *Aſia*, circa ann. 320. pag. 146. citatur aliquando pro *Carthaginenſi* IV.  
 Lateranenſe, ſive Romanum ſub *Martino I.* di *Roma in San Giovanni di Laterano*, vide *Martini*.  
 Lateranenſe, ſub *Stephano III.* an. 769. vide Romanum ſub *Stephano III.* pag. 158.  
 Lateranenſe *Eugenii II.* anno 826. vide Romanum *Eugenii II.* p. 158.  
 Lateranenſe ſub *Nicolao II.* anno 1059. vide Romanum *Nicolai II.* pag. 158.  
 Lateranenſe ſub *Gregorio VII.* quaſi generale, anno 1078. vide Romanum V. ſub *Greg. VII.* pag. 258.  
**LATERANENſE** I. generale IX. *primo Generale Lateranenſe*, anno 1123. pag. 131.

LATE-

- LATERANENSE II. generale IX. an. 1129. pag. 132.  
 LATERANENSE III. generale XI. an. 1179. & 1180. pag. 132.  
 LATERANENSE IV. generale XII. an. 1215. pag. 133.  
 LATERANENSE V. generale XIX. an. 1511. ad 1518. pag. 137.  
 Leonis Papæ fine numero, di Roma sotto Leone IV. an. 853. vide Romanum Leonis IV. pag. 158.  
 Leonis III. sive Romanum sub Leone III. circa annum 800. p. 158.  
 Leonis IX. Papæ, Romano sotto Leone IX. circa an. 1050. pag. ead.  
 \* Liber Diurnus, circa annum 714.  
 \* Liber Pontificalis, sive de Vitis Pontificum, an. 870.  
 Liptinense, in Gallia, di Lessines, an. 743. pag. 166.  
 Londoniense Lanfranci, sive Londinense, in Anglia, di Londra, quod & Anglicum anno 1075. pag. 168.  
 Londoniense B. Anselmi, seu Vvestmonasteriense, an. 1102. p. 169.  
 Londoniense aliud Anselmi, anno 1108. pag. ead.  
 Londoniense sub Alberico Ostiensi Episcopo Legato, an. 1138. p. ead.  
 Lugdunense II. Provinciale in Gallia, di Lion, an. 567. pag. 153.  
 Lugdunense III. anno 583. pag. ead.  
 LUGDUNENSE I. generale XIV. anno 1243. pag. 134.  
 LUGDUNENSE II. generale XV. an. 1274. pag. ead.

## M

- M**ACIENSE, sive apud Maciam, citatur pro Isidoro.  
 Maguntinense, vide Moguntinum.  
 Manetense, lege Nannetense.  
 \* Martini Bracarenfis collectio est Canonum Orientalium, anni 572.  
 Conc. Martini Papæ, est Romanum sive Lateranense, sub Martino I. anni 649. Sæpè etiam citatur pro collectione Martini Bracarenfis.  
 Maticense, fortè pro Matiscensi: sed citatur pro Vormaciensi.  
 Matiscense, aliàs Matiscenense I. in Gallia, di Mascon, anno 581. pag. 153.  
 Matiscenense II. ann. 585. pag. ead.  
 Apud S. Medardum, di S. Medardo, vulgò San Mardo di Soissons, vide Sueffionense II.  
 Mediomatricis, vide Motense.  
 Mediolanense in Italia, di Milano, Conciliabulum, prius Catholicum, desit in hæreticum, anno 355. pag. 141.  
 Meldense in Gallia, di Meaux, aliàs apud Meldam, an. 845. pag. 163.  
 Melfiense, vide apud Melphiam, proximè sequenti articulo.  
 Melphitanum, sive apud Melphiam, in Apulia, di Melfi, anno 1090. pag. 160.  
 Merech, lege & quare Emeritense.  
 Metense I. seu Mediomatricense in Gallia, di Mets, fortè anni 835.  
 Metense II. seu apud Metiam, an. 888. pag. 164.  
 Milevitanum II. in Africa, di Milevi, an. 416. pag. 147.  
 Moguntinum, seu Moguntiacense, aliàs Maguntinense, in Germania, di Mogonza, an. 813. p. 161. citatur aliquando pro Cabilonensi II.  
 Moguntinum I. sub Rabano Archiepiscopo, an. 847. pag. 167.

Moguntinum II. sub eodem Rabano, anno 848.

Moguntinum III. sub eodem, anno 852.

N

**N**ANNETENSE in Gallia, di *Nantes in Brettagna*, anno 890. pag. 164.

Navatenense, perperam pro *Nannetensi*.

Neocæsariense in Pontica, di *Neocæsarea*, circa an. 314. pag. 145.

NICÆNUM I. Oecumenicum, in Bithynia, di *Nicea*, an. 325. vide pag. 115.

NICÆNUM II. ibidem, Oecumenicum VII. an. 787. pag. 130.

Nona Synodus Oecumenica, vide Concilium *Lateranense I. generale*.

\* *Novellæ Justiniani*, sive *Authenticum*, circa an. 560.

O

**O**CTAVA Synodus, vide Concilium *Constantinopolitanum IV. generale VIII.*

Oxonienſe, in Anglia, d' *Oxford*, an. 1222.

P

**P**ARIISIENSE III. quod & absolute *Parisiense*, in Gallia, di *Parigi* anno 557. pag. 151.

*Parisiense V.* an. 615. pag. ead.

*Parisiense VI.* an. 829. pag. 162.

Cœnobarum status tribus votis constat, Continentiæ, Paupertatis, & Subjectionis, quæ tria omninò ad substantiam vitæ Regularis pertinent: & tum Obedientiæ (quam Abbati omnes in omnibus exhibere tenentur,) tum hodiè *abdicationis Proprietatis*, sicut & *custodia Castitatis*, aded est annexa Regula Monachali, ut contra eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere, teste Innocentio 3. in cap. *cum ad Monasterium* 6. ex. de Statu Monachor. Atque iis vinculis obstricti tenentur tamen Clerici fiant, *Can. 3. de Monachis*, xvi. *quest. 1.* aut etiam Episcopi:

scopi: Manent enim adhuc Monachi, eosque oportet ferre habitum Monachalem, *cap. 15. in f. e. de vita & honest. Cleric.* Nisi scilicet ab ipso religionis vinculo absolvantur, *ex Glossa dict. cap. cum ad Monaster.* quod præsertim Episcopali ordinatione contingit, circa obligationem servandæ paupertatis, aliorumque Monasticorum officiorum, quæ cum Episcopalibus pugnant, *Can. un. XVIII. quest. 2.* Ideoque Beguinæ, quæ nulli promittebant obedientiam, nec propriis renunciabant, nec profitebantur aliquam Regulam approbatam, Religiosæ nequaquam existebant, quanquam habitum deferrent & adhererent Religiosis aliquibus, uti decisum est à Clemente 5. in Concilio Viennensi, *Clem. 1. de Religiosis domib.* Idcirco Monachus mundo mortuus, Deo tantum vivere dicitur, *Can. placuit 8. XVI. quest. 1.* Eremitarum seorsim degentium, quod ad propria possidenda pertinet, alia videtur fuisse causa, *S. econtra post Can. perlatum, XIX. quest. 3. & cap. un. de excessib. prælator. in fi. lib. VI.*

Quoniam libero consensu suscipi debet Regularis vitæ Professio; ne erroris, qui consensui contrarius est, ulla obtendi possit excusatio, rectè constitutum est, ut nec antepubertatem, nec nisi post debitam probationem sive experimentum, vota emittantur. Etatem Tridentina Synodus sess. 25. in decreto de Regularibus, *cap. 15. & Constitutio Blesensis art. 28.* in utroque sexu anno decimo sexto completo definiunt. Probationis tempus nunc ferè annum est, nisi ex causa differatur; vixque apud nos valet tacita Professio, ex quo edicti Molinensis *art. 55.* ad probanda vota Regularia requiri cœpit scriptura.

Sequens Syllabus singulorum Ordinum & Sodalitiorum Auctorem, Tempus, Locumque institutionis, ac Regulam breviter indicabit.

## INDEX CHRONOLOGICUS ORDINUM & Congregationum Regularium.

**ANTONIANI**, sive Monachi Ordinis sancti Antonii, ab Antonio Ægyptio Abbate, circa annum Christi 310. in Thebaide Ægypti Provincia, apud Nitriam præsertim montem, instituti: in Syria & Ægypto hodieque plurima Monasteria habent. *Monachi di S. Antonio Eremita.*

**TABENNITÆ**, superstite sancto Antonio in eadem Thebaide, Tabennis, qui locus in Nili fluminis insula situs est, instituti à sancto Pachomio Abbate, sub cujus Regula degunt, cum superioribus plerumque confunduntur. 320. *Di S. Pacomio.*

**BASILLANI** circa an. 363. Matanzæ in Ponto à sancto Basilio, postea Cæsareæ in Cappadocia Episcopo, dicti, cujus Regulam sequuntur, per totam Græciam magno numero degunt. *Di S. Basilio.*

**CANONICI REGULARES** auctorem habent sanctum Augustinum Hipporegiensem in Numidia Præfulem circa an. 395. *Canonici Regulari di S. Agostino.*

**EREMITÆ AUGUSTINIANI** ab eodem in Eremo Numidiæ Tagasensi, vitæ Monasticæ Regulam acceperunt, circa idem tempus 395. *Romiti di S. Agostino.*

- Del Monte Carmelo.* CARMELITARUM semina videntur sub annum 400. jacta, cum Monachorum Antonianorum propago, S. Basilii Regulam auspiciis Joannis Patriarchæ Hierosolymitani, in Carmelo Palæstinæ monte, amplexi dicuntur.
- Di S. Onorato di Lerino.* LIRINENSES, in Provinciæ insula Lerina, ab Honorato, qui post Arelatensis Antistes, sub dura regula instituti circa annum 420. postea cum Benedictinis coaluerunt.
- Di S. Benedetto.* BENEDICTINI, qui & Monachi Nigri, à sancto Benedicto Nursiæ in Umbria, aliàs in Sabinis, nato, Monachorum per Occidentem parente, originem Regulamque acceperunt, apud montem Cassinum in Latii & Campaniæ confinio, circa annum 529. Eorum Regula à Gregorio magno confirmata legitur an. 595. in Concilio Romano. Hic Ordo jam tempore Constantiensis Concilii Orbi Christiano virorum piorum in Sanctorum album relatorum quinquaginta & quinque millia, & præterea quadringentos ac sexaginta, Pontifices maximos 35. Cardinales 200. Archiepiscopos 1164. Episcopos 3512. protulisse dicebatur.
- Di S. Colombano.* B. Columbani Abbatis Hiberni, (qui sub annum 565. apud Scotos à se ad fidem conversos Monasterium instituit, cujus Abbati Episcopi ipsi subessent,) Regulam plura olim per Britanniam Insulam Cœnobia sequebantur. Is Luxoviense in Burgundia, & Bobiense tandem in Italia fundavit.
- Di Clugni.* CLUNIACENSES à Bernone orti, qui ex Comite Monachus, & Gigniacensis in Occitania Abbas, auspiciis Guilielmi Aquitaniæ Ducis Arverniæque Comititis, apud Cluniacum vicum in Matisconensi Burgundiæ Diœcesi circa annum 910. fundato Monasterio, remissum in Gallia Monachorum Benedictinorum institutum instauravit. Quamquam sunt qui Guerinum Comitem Cabilonensem & Matisconensem, sub annum 820. primum autorem fuisse contendunt Cœnobii Cluniacensis, quod postea destructum, atque à Guilielmo Duce instauratum fuerit, eique Berne Abbas præpositus.
- Di Camaldoli.* CAMALDULENSES à Romualdo Ravennate nobili, Classensi sancti Apollinaris apud Ravennam Abbate, circa annum 997. Camalduli in Tusciæ Diœcesi Aretina, sub sancti Benedicti Regula fuere instituti: quem Anachoretarum Ordinem Alexander II. anno 1073. comprobavit.
- Di Vallombrosa.* VALLIS-UMBROSÆ Monachi autorem agnoscunt Joannem Gualbertum Florentinum, nobili loco natum, qui cum Monachum apud sanctum Miniatum professus esset, deinde Teuzonis viri docti consilio, Vallem Umbrosam in Tuscia, & Diœcesi Florentina, profectus, ibi Monasterium condidit, ac novi Ordinis fundamenta jecit, circa annum 1060.
- Canonici Reformati.* CANONICORUM REGULARIUM diversa genera, diversaque familiæ sunt sub S. Augustini regula militantium. Primum ferè inter eos locum tenent quos sub annum 1056. Arnolfus quidam Hierosolymis instituit: Quod institutum instauratum maximè creditur, cum per Alexandrum II. in Lateranensi Concilio anni 1063. à Canonicis seu Clericis Collegiatis communem vitam servari constitutum est.
- Di Gran-mont.* GRANDIMONTENSIIUM conditor fuit Stephanus Arvernus, vir miræ sanctitatis, qui vitam eremiticam in patria amplexus an. 1076. apud Mureti montem Lemovicibus proximum, plurimos in B. Benedicti disciplina erudit. Ejus postea discipuli, Grandimontium in eadem Diœcesi migra-

## Ordinum & Congregationum Regularium. 601

migrarunt, circa annum 1130. Hunc Ordinem aliquatenus temporum injuria labefactatum Joannes XXII. reformavit; & Monasterium, quod antea Priorem tantum habuerat, Abbatia titulo donavit.

CARTHUSIANI, dicti sunt à Carthusiæ solitudine in Diœcesi Gratiana *I Certosini.* nopolitana, ab Hugone Episcopo B. Brunoni Colonienſi autori illius Instituti, ipsiusque loci concessa; quæ circa annum 1086. habitari cœpta. Hi quoniam à solitaria vitæ cum perpetua cilicii, silentii, jejunii observatione conjunctæ, instituto non recesserunt, & statutis suis ab Urbano II. confirmatis, quæ ipsis pro Regula sunt, arctius institerunt; Reformatione non indiguere: Idque habent præcipuum quòd Mendicantes alique religiosi ab Ordinibus suis ad hunc, tanquam strictiorem, transire possunt, *cap. de Regularib. in communib.*

SANTI ANTONII VIENNENSIS Hospitalariis Gasto vir nobilis Provincia Viennensis originem dedit. Hic cum Gerino filio, adjunctis octo fodalibus, infirmorum ministerio se addixit, qui præsertim sacro igne, (morbo nimirum per ea tempora frequenti) ardebant; idque circa an. 1095. Hi affixa tunicæ figura literæ T. distinguuntur. Primaria domus est apud Motam, quæ à sancti Antonii reliquiis eò jam tum translatis, fannum S. Antonii vocatur, in Viennensi agro sita. *S. Antonio de Vienneſe.*

CISTERCIENSE Monasterium in Diœcesi Cabilonenſi & Burgundiæ Ducatu erexit sanctus Robertus Abbas Molismensis anno 1098. permissu Hugonis Archiepiscopi Lugdunensis Legati Apostolici, & Valteri Cabilonenſis Episcopi, atque ope Odonis Burgundiæ Ducis. Hinc ortus Ordo Cisterciensium qui sub Regula S. Benedicti degunt, multis privilegiis à Paschali præsertim II. Callisto II. Innocentio II. donati: Eorum decus B. Bernardus Abbas Claravallensis. *De Cisterciensib.*

FONTIS EBRALDI familia à Roberto de Arbruffellis Theologo Parisiensi, qui sancto Bernardo familiaris fuit, instituta est circa annum 1117. apud ejus nominis locum in Diœcesi Pictaviensi, non procul à Turonum & Andegavorum finibus, condito Monasterio: cujus Abbatissa non solum Monialibus, sed etiam Monachis totius Ordinis præest; exemplo scilicet beatæ Virginis, cui tanquam matri, B. Joannes in filium adoptatus, paruit. Jussu Sixti 4. facta est Ordinis Reformatio secundum sancti Benedicti Regulam, & Roberti statuta. *Di Fontevrand.*

HOSPITALARII, sive JOANNITÆ, circa annum 1131. Hierosolymis in æde sancti Joannis instituti sunt, sub regula sancti Augustini, sacram militiam, cum Hospitalitate, atque infirmorum cura, professi. Post ereptam Christianis Palæstinam Equites Rhodii, nunc amissa Rhodo, *Cavalieri di S. Giovanni di Gerusalemme o di Malta.* Melitenses vocantur.

SANCTI RUFII Canonorum Regularium Congregatio, auctore B. Rufo Archiepiscopo Lugdunensi, cœpit sub regula B. Augustini, circa annum 1107. in Galliæ Diœcesi Valentinenſi, qua in urbe nunc Cœnobium ejus primarium existit. *Di S. Rufo.*

TEMPLARII, licet Militaribus Ordinibus annumerandi videantur, quòd in id præcipua cura incumberent, ut Christianos loca sacra adeuntes à vi atque insidiis, tum latronum, tum infidelium, tutos pro virili præstarent: quia tamen fideles quoque peregrinos hospitio excipiebant, Hospitalariis eos accenseri nihil vetat. Illi numero novem circa annum 1118. votis se regularibus obstringere cœperunt, Hierosolymis coram Pa-

triarcha, autoribus Hugone de Paganis & Gaufrido de sancto Audomaro, nobilibus viris; dictique sunt Milites Templi, quod eis Rex Hierosolymitanus in palatio suo, quod secus Templum Domini erat, habitaculum; Canonici verò Templi locum Palatio vicinum ad opus officinarum concessissent. Nono post anno assignata est eis in Trecenti Concilio Regulari Honorii II. atque ab eo tempore immensum numero atque opibus creverunt: donec impietatis & multorum flagitiorum rei acti, iussu Clementis V. omnes ubique deleti sunt, bonaque ipsorum partim Joannitis sive Rhodiis, partim Teutonicis militibus attributa.

*Di Præmonstrato.* PRÆMONSTRATENSES Canonici Regulares initium acceperunt anno 1120. apud Præmonstratum in Diocesi Laudunensi, à Norberto, Evangelicæ doctrinæ prædicatore celebri, qui postea Magdeburgensis in Germania Archiepiscopus creatus est. Militant sub B. Augustini Regula, & Pastoralia in locis sibi assignatis munia obeunt.

*Del monte della Vergine.* MONTIS VIRGINIS Monasterium, à quo universæ familiæ nomen, fundavit Guilielmus Vercellensis Eremita in Abellinate, ni fallor, Provincia Beneventanæ Diocesi, sub regula sancti Benedicti, circa an. 1124.

*Di S. Guglielmo.* GUILIELMITÆ, seu Eremitæ sancti Guilielmi, in Stabulo Rhodis, quod hodiè Malla vallis, apud Grossetum Senensis in Tuscia ditionis oppidum, ortum habuerunt circa an. 1152. autore Guilielmo, sive ultimo Aquitanix Duce ac Pictonum Comite, sive alio Guilielmo; sub Regula sancti Benedicti, comprobata ab Innoc. IV. an. 1248. Vulgò apud nos à pallii exterioris colore, *Blancs manteaux* appellabantur. Hunc Ordinem plerique ad Augustini regulam referunt, quod nunc in Stabulo Rhodis insigne sit Monasterium Augustinianorum.

*Gilbertini.* GILBERTINA Benedictinorum Congregatio per B. Gilbertum Sempinganum Anglum in Diocesi Lincolnensi instituta fuerat an. 1148. atque ab Eugenio III. approbata.

*Di S. Croce.* CRUCIFERORUM seu Crucigerorum plures sunt familiæ. Primam originem ad Cleti Pontificis tempora quidam referunt. Cyriacum alii, qui Helenæ Constantini matri locum indicavit, in quo Christi crux recondita fuerat, auctorem prædicant hujus instituti. Illud constat ante annum 1160. per Italiam innotuisse: siquidem eos variis privilegiis ornavit Alexander III. eorum sæpius hospitalitate usus, cum Friderici Ahenobarbivi fugeret. At qui in Gallia, Belgio, Germaniaque eo nomine censentur, circa an. 1216. initium habuere à quinque piis hominibus, qui se Hugoni Cardinali Apostolico Legato obtulere. Innocentius IV. sub Regula sancti Augustini Ordinem confirmavit, cujus caput Huius ad Mosam in Diocesi Leodiensi.

*Le Beghine.* BEGUINÆ, aut Beghinæ, sive à Begga Pipini primi Brabantix Ducis filia, circa annum 680. sive à Lamberto Begho Leodiensi Sacerdote, circa annum 1170. denominatæ atque institutæ, nobiles sunt virgines, religiosum vitæ genus Psalmodia, divinorumque Officiorum assiduitate, habitu quoque in Choro, & habitatione communi amplexæ, citra votorum tamen regularium professionem: longè diversæ ab iis quæ cum Begardis in Concilio Viennensi hæresis nomine damnatæ sunt.

*Gli Umiliati.* HUMILIATI à quibusdam Nobilibus Mediolanensibus, patriæ post exilium tandem restitutis ab Imperatore Henrico V. aliàs VI. cœperunt originem circa annum 1196. Eorum sodaliticium Innocentius III. circa 1200. confirmavit.

*Ordinum & Congregationum Regularium.* 603

confirmavit sub Benedictina Regula; abolevit Pius V. propter infidias B. Carolo Borromæo paratas anno 1570. Hi ab Humiliatis, hæreseos nomine per Innocentium III. damnatis, diversi fuere.

SANCTISSIMÆ TRINITATIS Ordo ad *Redemptionem Captivorum* institutus est anno 1197. auctore Joanne de Matha in Provincia nato, qui Theologus Parisiensis fuit, atque à Felice Anachoreta Valesiano, in loco Diœcesis Meldensis qui *Cervus Frigidus* dicitur, ubi adhuc Ordinis Caput, licet Generalis Minister apud Maturinenses Lutetiæ ut plurimum degat. Confirmatus est hic ordo ab Innocentio 3. an. 1209.

*Della Trinità & Trinitarij.*

MONTIS DEI Ordo secundum Regulam sancti Augustini, in Diœcesi Germaniæ Spirensi, exordium habuit anno 1203. ab Alexandro Magdeburgensi Archiepiscopo, confirmanente Innocentio III.

*Del Monte di Dio.*

CARMELITÆ, sive Carmelitani fratres, cum antea sparsim per montem Carmelum agerent, temporibus primùm Alexandri III. simul convenisse dicuntur: deinde Innocentii III. autoritate ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano circa annum 1205. Regulam ex sancti Basilii aliorumque præceptis compositam acceperunt; quæ ab Honorio III. confirmata, ab Innocentio deinde 4. mitigata est. Habitus formam mutavit Honorius IV. In Gallia sedes figere cœperunt circa annum 1264.

*I Carmelitani.*

FRANCISCANI qui & *fratres Minores*, & *Minoritæ*, ann. 1208. initium habuere à sancto Francisco Assisino, qui eis & vivendi normam strictiori paupertatis professione insignem præscripsit, in Lateranensi IV. Concilio ab Innocentio III. atque iterum ab Honorio itidem III. confirmatam. Ejus Ordinis plures sunt familiæ, de quibus suo loco. Numerosissima est Observantium, qui & *Cordigeri* dicuntur, quòd funiculo cingantur. Eorum alii Conventuales & majoris; alii minoris, id est arctioris Observantiæ vocantur. Illis immobilia in communi possidere permixtum, his non item.

*I Francescani o Cordigeri.*

SORORES MONIALES ORDINIS SANCTI FRANCISCI ab eo institutæ sunt anno 1212. in Ecclesia sancti Damiani, duce sancta Clara virgine Assisinate: unde CLARISSÆ, & *Damiana* seu *Damianistica* dictæ, quæ primæ Ordinis asperitati strictiùs inhæserunt: à quibus differunt Urbanistica, quæ mitigationem Regulæ ab Urbano V. factam sequuntur & prædia possident. Atque hic est secundus Ordo B. Francisci, Monialium nimirum.

*Le Religiose di S. Chiara, le Urbanise.*

DOMINICANI sive *Prædicatores*, qui & ab Ecclesia sancti Jacobi eis Parisiis concessa, *Jacobini* in Gallia dicuntur, eodem ferè tempore quo Franciscani, sub S. Augustini Regula adjecto imprimis abjiciendarum possessionum statuto, constituti sunt Bononiæ à sancto Dominico Hispano, Oxomeni Canonico, qui egregiam contra hæreticos Albigenses operam navavit, & primus sacri Palatii Magister fuit. Ordo ab Innoc. III. confirmatus est in Lateranensi quarto Concilio anno 1215. ac deinde ab Honorio III. eique commissum est officium in hæreticos Inquirendi.

*I Domenicani o Frati Predicatori.*

VALLIS-SCHOLARIUM Ordo in Diœcesi Lingonensi inchoatus est 1212. juxta B. Augustini regulam à Guilielmo, qui cum Parisiis literas didicisset, in Burgundia aliquandiu docuit, ac postea cum aliquot discipulis in eam eremum secessit autoritate Guilielmi Episcopi Lingonensis.

*Della Valle degli Scolari.*

Ordo VALLIS-CAULIUM in Diœcesi Lingonensi ac Monasterio ejus nomi-

*Della Valle di Cavoli.*

nominis fundatus à Viardo sub districtiori Cisterciensium instituto, eodem tempore quo superior.

*Romiti di S. Paolo.*

EREMITÆ SANCTI PAULI Budæ in Hungaria, ex instituto nimirum sancti Pauli primi Anachoretæ, autore B. Eusebio Strigoniensi Archiepiscopo, cœpere circa annum 1215.

*Della Mercede.*

Ordo S. MARIE DE MERCEDE, ad redimendos ex infidelium manibus Captivos Christianos, à Jacobo Aragoniæ Rege, consilio Raimundi Pennafortii, atque opera Petri de Nolasco Nobilis Occitani, Barcinone circa annum 1218. fertur institutus: atque à Gregorio IX. an. 1235. approbatus, sub B. Augustini Regula.

*Gli Agostiniani.*

AUGUSTINIANI, sive *Eremitæ sancti Augustini*, hujus beati Præfulis institutum jam propemodum extinctum, Pontifice Innocentio III. instaurarunt circa tempus Concilii generalis Lateranensis IV. quod rursus anno 1276. & adhuc tempore Gregorii XII. sub annum 1406. redintegratum est.

*I Canonici Regolari di S. Marco.*

Canonorum Regularium S. MARCI Congregatio ab Innocentio tertio probata, ab Honorio III. & à Gregorio IX. anno 1231. confirmata, nomen accepit, tum ab Ecclesia ejus nominis apud Mantuam, tum ex eo quod ejus Instituti primus autor dicatur S. Marcus.

*I Religiosi del Terz' Ordine di S. Francesco.*

TERTIARI, sive Religiosi Tertii Ordinis, aliàs Ordo *Pœnitentium* cœpit anno 1221. Complectitur non solum in Claustris degentes Cœnobitas, qui & Tertie sancti Francisci Regulæ adhærent; sed etiam laicos viros & fœminas, qui domi suæ juxta ejusdem Regulæ præscriptum vivunt.

*I Silvestrini.*

SILVESTRINORUM Congregationem B. Silvester Guzolinus Canonicus Auximas, ac deinde Eremita, inchoavit anno 1231. sub Regula sancti Benedicti.

*Agostiniani della Penitenza.*

Fratres DE POENITENTIA D.N. *Jesu Christi*, qui & Saccati, mandato Innocentii IV. Sodalitatem Massiliæ inierunt anno 1251. quæ per Galliam Italiamque diffusa, una fuit ex Congregationibus quas Alexander IV. sub unam Ordinis Eremitarum sancti Augustini observantiam redegit.

*I Cælestini.*

CÆLESTINI ab auctore Petro Æfernino, qui monte Murrhone prope Sulmonem, eremiticam vitam professus, ac postea Pontifex creatus, Cælestinus V. dictus est, hoc nomen acceperunt, cum antea Congregatio sancti Damiani vocaretur. Cœpit hoc institutum in Magellana Apuliæ eremo, multis ob famam Petri sanctitatis eò confluentibus, extractaque Ecclesia & Monasterio sub nomine Sancti Spiritus circa annum 1270. Confirmatum est primum à Gregorio X. deinde an. 1294. ab ipso Cælestino, qui post quintum mensem, Pontificatu abdicato, ad primitivam vitæ normam rediit. Sequuntur Regulam sancti Benedicti.

*Del Monte Oliveto.*

MONTIS OLIVETI Congregatio anno 1313. originem sumpsit à Bernardo Prothomæo nobili Senensi, qui Juris primum Professor, postulum oculorum in invocatione B. Virginis receptum, in montem ejus nominis, in Aretina Diocesi, cum sociis secessit, asperam vivendi rationem professus sub Benedictina Regula huic Ordini à Joanne XXII. præscripta: quæ ab Urbano V. probata anno 1370.

*Di S. Brigida, o Brigidine.*

BRIGIDANORUM sive *Sancti Salvatoris* Ordo tam fœminarum quam virorum ( qui tamen Abbatissæ subjecti ) à Brigida vel Birgitta Danicæ

Daniæ Regis filia, Ulphonis Neritiæ in Svecia Principis vidua, initium habuit circa annum 1363. apud Vvastenam in Svecia. Pia hæc scemina revelationibus & peregrinationibus clara, habitum quidem Monachalem non sumpfit: sed Regulam, quæ cum Basilii & Augustini præceptis multa habet communia, Christo, ut ferunt, dictante, suis præscripsit. Ea confirmata est ab Urbano 5. anno 1370.

**JESUATI**, ita dicti quòd nomen JESU frequentissimè in ore haberent, *I Gesuati.* circa annum 1355. instituti sunt Senis in Tuscia per Joannem Columbinum virum nobilem: Regulam S. Augustini profitentur: probataque est eorum vivendi ratio ab Urbano V. anno 1367. Cum autem initio sacris non initiarentur, id eis postea concessum.

**HIERONYMIANI**, sive Monachi *Sancti Hieronymi*, auctore Petro Fernando Hispano, ejusque socio Petro Romano, B. Augustini Regulam amplexi, instituti sui approbationem à Gregorio XI. circa annum 1374. obtinuerunt. Ordinis Caput est Lupiana, vulgo Fanum B.V. de *Guadalupe*, in Diœcesi Toletana. Ab Ordinis corpore sejuncta fuit Martini V. temporibus per Lupum Olmedum, novæ ex scriptis sancti Hieronymi Regulæ concinnatorem, Congregatio *Isidoriana* anno 1425. Sed curante Philippo 2. Rege Catholico, cum Ordine iterum conjuncta est. *Isidoriana* propago est Congregatio *Italica*, cujus hodiè caput est Hospitale seu Monasterium Lodejanense in Longobardia. *I Gerolamisi o Religiosi di S. Girolamo.*

**EREMITÆ** alii sancti *Hieronymi*, à B. Petro Gambacurta nobili Pisano instituti sub annum 1380. nullis initio votis adstricti, victum sibi manibus quærebant, & sublevandis pauperibus incumbebant. At Pii V. autoritate solemnia vota amplexi, litteris & concionibus operam dare cœperunt. *Eremiti di S. Girolamo in Italia.*

**Fratres** sive **CLERICI VITÆ COMMUNIS**, à Gerardo Magno, Daventriensi, qui Parisiensis Doctor, Canonicus Ultrajectinus & Aquisgranensis fuit, instituti, à Gregorio XI. approbati anno 1376. sub Regula S. Augustini. Hi celeberrimas in Belgio Germaniæque Scholas habuere: quæ nunc partim ab Heterodoxis, partim à Societatis JESU aliisve religiosis occupatæ sunt. Paucæ tamen adhuc supersunt, ut Colonia, Vefalia, &c. *Fratelli della vita Comune.*

Congregatio **FESULANA** fratrum Mendicantium *sancti Hieronymi* anno 1380. inchoata est à B. Carolo filio Antonii Comitis Montis Granelli Diœcesis Sarsinatis in Romandiola, sociis Rodone à monte Granello, & Gualtero Marso, in Fesularum ruinis haud procul Florentia: Comprobata est anno 1405. ab Innocentio VII. aliisque Pontificibus. *Congregazione Fiesolana di S. Girolamo.*

**FRISONARIA** Congregatio Bartholomæum Columnam nobilem Romanum agnoscit auctorem, qui in Monasterio S. Mariæ ejus cognominis non procul Tusciæ civitate Luca, disciplinam sancti Augustini restauravit circa annum 1396. quæ tota deinde Italia recepta est titulo Congregationis *Lateranensis*, à Basilica Romana Lateranensi, ubi restituti per Eugenium IV. Canonici Regulares, donec Sixtus IV. eorum loco sæculares constituit. *Congregazione di Frisonaria, o di Laterano.*

**Sanctæ JUSTINÆ** Congregatio dicta est ab ejus nominis Monasterio apud Patavium, cui à Gregorio XII. Præpositus Ludovicus Barfius Patricius Venetus, Præfectus Congregationis Canonicorum sancti Georgii in Alga, dissolutam ibi disciplinam feliciter instauravit, & collapsam sancti Benedicti Ordinem Italia tota restituit circa annum 1408. *Di S. Giustina o di Monte Casina.*

1408. Eadem Reformatio *Cassinensis* quoque vocatur, quòd apud montem Cassinum maximè vigeat.
- Di S. Salvatore o dell'i Scopetini.* Congregatio Canonicorum Regularium SANCTI SALVATORIS *Silvæ Lacus* prope Senas coaluit opera Stephani Senensis, Ordinis Eremitarum Augustinianorum, qui autoritate Gregorii 12. Pontificis Canonicus Regularis factus est circa annum 1408. Vulgus Ordinem *Scopetinarum* appellavit ab Ecclesia sancti Donati de Scopeto Florentiæ sita, quam cum sancti Salvatoris Basilica Martinus 5. univit.
- Canonici Regolari dello Spirito Santo.* CANONICORUM REGULARIUM Congregatio altera apud Venetos, quæ à Sancto Spiritu nomen habet, per Gabrielem Spoletinum instituta est.
- Dell'osservanza.* OBSERVANTINI dicti sunt, ad Conventualium discrimen, Franciscani strictius Observantiæ Regulæ sancti Francisci inhaerentes: quorum auctor sanctus Bernardinus Senensis, circa annum 1419.
- Religiosi di S. Bernardo.* SANCTI BERNARDI Congregatio, in Hispania per Martinum Vargam Monachum Cisterciensem, ex Petrà in Aragonia Cœnobio, initium habuit an. 1425. quo Martinus cum sodalibus duodecim ad Monasterium Montis Sion hand procul Toletò secessit, & veterem ejus Ordinis disciplinam probante Martino 5. instauravit.
- Di Bursfeld.* BURSFELDENSIS. Ordo sive Congregatio initium habuit in Monasterio sancti Matthiæ apud Treveros, cujus Abbas Joannes Rodius, Ordinis Benedictini per Germaniam visitator generalis constitutus à Concilio Constantiensi, Monasterium imprimis suum reformavit circa annum 1429. Ejus Reformationis decreta *Bursfeldiæ* primùm anno 1435. suscepta sunt. Est autem Bursfeldia exiguum Diœcesis Moguntinæ Monasterium, cujus exemplum sequuta pleraque Germaniæ Monasteria huic & Belgicæ Congregationi accesserunt.
- Carmelitani Mitigati o Billieti.* *Carmelita* qui MITIGATI dicuntur, Regulæ suæ relaxationem Eugenii 4. declaratione obtinere an. 1432. Parisiis Billieti vocantur.
- Di S. Ambrogio.* SANCTI AMBROSII *ad Nemus*. Congregatio sub Regulâ sancti Augustini anno 1433. Mediolani prodiit sub Eugenio itidem 4.
- Agostiniani della Congregazione di Lombardia.* Congregatio LOMBARDIÆ, Cremæ per Gregorium Rocchium Papiensem & Gregorium Cremonensem an. 1444. instituta, eminet inter reformatas Eremitarum sancti Augustini.
- I Minimi.* MINIMI auctore sancto Francisco de Paula, sic dicto à patria in Calabria, ubi jam tum anno 1435. sub Eugenio 4. ejus Ordinis fundamenta jecit sub nomine Eremitarum sancti Francisci Assisinas: deinde Regulæ suæ (qua imprimis quadragesimale jejunium per totum annum sancitur) confirmationem à Sixto 4. impetravit an. 1473. At Alexander 6. Eremitas Ordinis Minimorum vocari jussit.
- I Barnabiti o Apostolici.* *Apostolici*, qui & BARNABITÆ, Clerici sunt Regulares qui instituti sui ab Innocentio 8. anno 1484. confirmati originem ad sanctum Barnabam referunt.
- Le Penitenti o Convertite.* POENITENTES MULIERES, Parisiis anno 1494. coepere à meretricibus ad meliorem frugem convertis, in honorem B. Magdalenæ, Joannis Tisserandi Minoris frequenti adhortatione.
- Monacho dell'Annunziata.* ANNUNCIATÆ, sive Ordo Monialium *Annuntiationis* B. Virginis Biturigibus anno 1498. initium habuere à B. Joanna Ludovici XI. filia post divortiam à Ludovico XII. Ecclesiæ autoritate factum: quod insti-

institutum Alexander 6. aliique Pontifices ratum habuerunt.

**THEATINI**, à Joanne Petro Caraffa Ep. Theatino, qui postea Paulus 4. Pontifex Maximus, & sociis tribus, instituti anno 1524. sub nomine Clericorum Regularium, vulgaribus votis hoc peculiare institutum adjecerunt, non tantum ne quid possideant, verum etiam ne mendicando vitam sustentent, sed ultrò collatis eleemosynis alantur.

*I Theatini.*

**CAPUCINI** à Caputio acuminato dicti, Matthæum Bassium Umbrium, Minoritam Observantem, qui apud montem Falconium in Piceno anno 1525. divino monitu, eum habitum una cum strictissima Regulæ sancti Francisci observatione suscepisse dicitur, licet postea illam Caputii formam abjecerit. Approbatus est triennio post hic Ordo à Clemente 7.

*I Cappucini.*

**SOMASCHI**, de loci nomine, Mediolanum inter & Bergomum, appellantur Clerici Regulares anno 1531. ab Hieronymo Emiliano Senatore Veneto instituti ad Orphanos educandos, qui prius Clerici Regulares sancti Majoli de Papiâ vocabantur, à loco ubi primum fuit ejus Congregationis Collegium. Congregationem Paulus 3. anno 1540. confirmavit. Pius 5. facultatem concessit profitendi tria vota Regularia.

*I Somaschi.*

**RECOLLECTI**, Congregationem constituunt Minorum sancti Francisci Strictioris Observantiæ, distinctam à Reformatis aliis eamdem Regulam observantibus, ut qui eam secundum literam, ut loquuntur, & juxta Nicolai 3. & Clementis 5. declarationes, certis regiminis Constitutionibus adjectis, servare satagant. Approbationem à Clemente 7. meruere anno 1532.

*I Riformati di S. Francesco.*

**SANCTI PAULI DECOLLATI** Congregatio Clericorum Regularium, à Jacobo Antonio Morigia, & aliis duobus Mediolani, auctore Seraphino Firmano, instituta est, atque à Clemente 7. anno 1533. approbata. Hi publicis sancti Pauli Lectionibus bene vivendi normam edocendos, atque ad Pœnitentiam ahortandos fideles susceperunt: atque à S. Barnabæ apud Mediolanum Basilica, quæ primum ad officia sua peragenda ipsis concessa, *Barnabita* dicti sunt.

*I Barnabiti di S. Paolo.*

**PATRES SOCIETATIS JESU**, qui vulgò *Jesuita*, ortum debent Ignatio de Loyola nobili Cantabro, ejusque sociis sex, qui cum Patriis operam literis darent, anno 1534. votum ineundæ inter se religiosæ Societatis apud Montem Martyrum emisere: cujus summa, ad prædicationem Verbi Dei apud Infideles, Pontificis arbitrio, suscipiendam, eive operam suam in aliis religionis operibus addicendam pertinebat, speciali in id obedientiæ voto cæteris demum addito. Pueris quoque & rudi populo Christianis moribus imbuendis incumbunt. Domus eorum qui postremum votum post diuturnam in Ordine probationem professi sunt, redditibus carent. Institutum Paulus III. an. 1540. scripto firmavit.

*IPP. della Compagnia di Gesù, o Gesuiti.*

**CARMELITÆ DISCALCEATI** opera sanctæ Teresiæ de JESU Nobilis Virginis Hispanæ, auctore Antonio Heredio apud Durvellum juxta Abulam prodierunt, ubi prisca Ordinis ac disciplinæ asperitas restitui cœpit circa annum 1568.

*I Carmelitani Scalzi e le Carmelitane.*

**DOCTRINÆ CHRISTIANÆ** Sodalitates institui cœpere sub annum 1571. Constitutione Pii V. ut pueri aliique divina legis ignari, sacra

*IPP. della Dottrina Cristiana.*

facra doctrina erudirentur. Hinc nata Congregatio Clericorum cui à Doctrina Christiana nomen, & quam Paulus V. an. 1616. certis legibus cum Somascha unitam voluit.

*I Fratelli della  
Carità o di S.  
Giovanni di Dio.*

*Congregatio Fratrum JOANNIS A DEO*, à B. Joanne homine Lusitano an. 1538. initium Granatæ habuerat: sed non nisi anno 1572. confirmata est. Ea in curandis pauperibus infirmis versatur, diciturque apud Italos Ordo *Fate ben fratelli*: in Gallia nomen habet à *Charitate*. Paulus V. Congregationem Italicam, nofocomia Gallia, Germaniæ, & Polonia complectentem, substantialibus tribus votis addito quarto de curandis infirmis, in cœtum verè Regularem erexit.

*I Padri dell'O-  
ratorio.*

*Congregatio ORATORII* anno 1575. à S. Philippo Nerio Presbytero Florentino Romæ in Ecclesia Parochiali B. Mariæ Vallicellæ, annuente Gregorio XIII. instituta est ex Presbyteris & Clericis secularibus. Constitutiones ejus confirmavit anno 1612. Paulus V. Idem anno sequenti, petente Maria Medicæa Regina, cum Henrico Gondio Episcopo Parisiensi, Congregationem piorum Sacerdotum, per GALLIAM sub nomine *Oratorii JESU CHRISTI Domini nostri*, probavit: ut scilicet perfectionis Sacerdotalis studio speciatim incumbere, ejusque instituti munia jussu Ordinariorum suscipere. Eorum autem institutor primusque generalis Præpositus fuit Petrus Berulla Parisinus, postea Cardinalis.

*I Fuliensi e le  
Fuliantine.*

FULIENSES, seu Congregatio B. Mariæ Fuliensis, anno 1577. cœpere auctore Joanne Barreria Abbate Monasterii ejus nominis in Diocesi olim Tolosana, nunc Rivenfi, Ordinis Cisterciensis; qui ad veterem sancti Benedicti, & sancti Bernardi disciplinam Monachos reduxit, per carnis, imò & initio vini quoque abstinentiam, aliaque ejusmodi instituta. Sixtus V. anno 1586. eam comprobavit, Clemens VIII. & Paulus V. Abbas Cisterciensis subjectioni exemerunt.

*I Religiosi di S.  
Basilio in Occi-  
dente.*

SANCTI BASILII Ordo in Italia, Sicilia, Hispaniaque restauratus est à Gregorio XIII. ann. 1579. ejus Monasteriis sub Abbate in unam Congregationem redactis.

*I Clerici Minori.*

CLERICI MINORES, sive Congregatio Presbyterorum, & Clericorum Regularium Minorum, autore Augustino Adorno Genuensi Presbytero, ejusque sociis, sub tribus religiosæ vitæ substantialibus votis ab eodem Sixto V. confirmata est anno 1583.

*Gli Agostiniani  
Scalzi.*

Fratres Reformati DISCALCEATI Ordinis SANCTI AUGUSTINI à Clemente VIII. sub annum 1595. constituta Congregatione, probati sunt.

*I Trinitarii  
Scalzi.*

DISCALCEATI Ordinis SS. TRINITATIS de Redemptione Captivorum, primitivam ejus Ordinis Regulam professi, Congregationem quoque constituerunt, quæ à Clemente VIII. est confirmata.

*I Domenicani  
Riformati.*

PRÆDICATORUM seu Dominicanorum REFORMATOUM Congregatio, à Joanne Michaelis, in Gallia Provincia Aquensi, inchoata, sejuncta est à cæteris ejusdem Ordinis Cœnobiis autoritate Pauli V. anno 1608. eique præfectus à Generali Dominicanorum Præposito idem Michaelis.

*Le Monache del-  
la Visitazione.*

Ordo Monialium VISITATIONIS B. Mariæ, sic dictus à munere infirmos & egenos visitandi, quo ob reverentiam mysterii B. Virginis Elisabetham visitantis, initio fungebantur piæ quædam feminae, cum

Joan.

## Ordinum & Congregationum Regularium. 609

Joanna Francisca Fremiota earum antesignana; autorem habet S. Franciscum Salesium Episcopum Genevensis, qui Aneffiaci suam ipsis vitam præscripsit, sub annum 1610. Hodie Cœnobiis suis clausæ, infirmas ac debiles puellas tenentur admittere, ideoque ab aliorum Ordinum profitenda regula arcentur.

URSULINÆ, sive Ordo virginum & viduarum sub B. Ursulæ Patrocinio, & sancti Augustini Regula, Parisiis prodire circa 1611. curante nobili vidua Maria l'Huillier domina de *sainte Beuve*, quo anno à Paulo V. comprobatum est earum institutum, utpote ad puellas literis, ac bonis moribus erudiendas comparatum: quemadmodum & *Congregatio Sanctæ Mariæ* paucis antè annis à nobili vidua de Lestonaco Burdigalæ introducta.

*Le Orsoline, o Religiose di S. Orsola.*

B. Mariæ DE CALVARIO & sanctæ Scholasticæ Congregatio Monialium Ordinis Benedictini primæ Regulæ, ab Antonia Aurelianensi, Ludovici Ducis Longovillani filia, quæ cum clam suis in Folientinarum Cœnobium Tolosæ nuper institutum concessisset, posteaque Fontis-Ebraldi Monasterio à Paulo V. præposita fuisset, hujus Congregationis Monasterium apud Pictavos erexit, ubi & diem tandem suum obiit anno 1618.

Operæ pretium nunc videtur horum Ordinum, & Congregationum syllabum adjicere per classes Regularum sub quibus quæque Domino militant. De his qui plura volet, is *Prosperum Stellartium*, & Aubertum *Miraum*, inter cæteros consulere poterit. Singulorum habitum externum sive religiosum schema, cum cujusque militiæ insignibus, suppeditabit *Odoardi Fialetti* Italicum ea de re opusculum, Parisiis ann. 1558. editum, & Gallicè versum. De variis Monachorum Regulis accuratè scripsit Hugo *Menardus* Ordinis Benedictini, è sancti Mauri Congregatione.

*Le Religiose del Calvario.*

## ORDINES ET CONGREGATIONES

### Hominum Religiosorum

#### MILITANTIUM

##### I. SUB REGULA SANCTI BASILII.

**P**RÆTER Græcos Monachos, qui *Catogeri* vocantur, BASILIANI Sancti Salvatoris Messanenensis in Sicilia, Calabria, Hispania; translati in Occidentem circa an. Christi 1057. Græco sermone ac ritu Divina celebrantes.

*Basiliani* alii ritus Latini, per Germaniam.

CARMELITÆ, sive Fratres B. Mariæ de Monte Carmelo. Tum Viri, triplicis generis.

*Calceati*, sive *Majores*, qui instituti dicuntur anno 1205.

*Mitigati*, anno 1432.

*Discal.*

*Discalceati*, seu *Nudipedes*  
tum *Fœminæ*  
*Carmelitane*

Ex reformatione B. Teresiæ an. 1562.

Addi potest *Sanctæ Brigittæ* Ordo *Fœminarum & Virorum*, cujus Regula ex *Basilii & Augustini* Statutis mixta videtur, in *Svecia*, anno 1363.

## II. SUB REGULA SANCTI AUGUSTINI.

Partim *Canonici Regulares*, partim *Monachi* sive *Eremitæ*.

### CANONICI ET CLERICI REGULARES.

*Lateranensis* Congregatio, in *Italia* instituta, anno 1063. Cui adjunctæ aliæ postea *Sodalitates*.

*Sancti Antonii Viennensis* Ordo, in *Gallia*, anno 1095.

*Sancti Rufi* Ordo, item in *Gallia*, anno 1107.

*Sancti Victoris* Congr. etiam in *Gallia*, anno 1113.

*Præmonstratensis* Ordo, itidem in *Gallia*, anno 1120.

*Sancti Sepulcri* Ordo in *Italia*, anno 1163.

*Sancti Spiritus* Ordo in *Gallia & Italia*, anno 1198.

*Vallis Scholarium* Ordo in *Gallia*, anno 1212.

*Vindesimensis* Congr. in *Germania*, anno 1387.

*Sancti Georgii de Alga* Congr. apud *Venetos*, anno 1404.

*Theatinorum* Ordo in *Italia*, anno 1524.

*Somaschi*, in *Italia*, anno 1531.

*Barnabitarum* Ordo qui & *Clerici Sancti Pauli decollati*, in *Italia*, anno 1533.

*Clericorum Minorum* Congr. in *Italia*, anno 1588.

*Sanctæ Genovesæ* Congr. in *Gallia*, anno 1622.

### M O N A C H I.

*Augustiniani*, sive *Eremitæ Sancti Augustini*, quorum Ordo instauratus est circa annum 1215. Eique adjunctæ postea plures *Familie*.

*Predicatorum* Ordo qui & *Dominicani & Jacobini*, in *Italia*, anno 1215.

*Cruciferorum* Ordo in *Belgio*, anno 1216.

*Sanctæ Mariæ de Mercede* Ordo in *Hispania*, anno 1218.

*Jesuatorum* Ordo in *Italia*, anno 1374.

*Joannis de Deo*, sive *Charitatis*, in *Hispania*, anno 1538.

*Augustinianorum Discalceatorum* Cong. in *Hispania*, anno 1585.

*Predicatorum Reformatorum* Cong. in *Gallia*, circa annum 1600.

His adjici potest

*SS. Trinitatis* Ordo sive *Cervi frigidii*, aut *Maturinensium*, in *Gallia*, anno 1197.

Tum *Calceati*, tum *Discalceati*, circa annum 1600.

CANONICÆ REGULARES ET MONIALES.

- Augustinianarum* Ordo, in Italia, anno...  
*Begghinae*, in Belgio circa annum 1170.  
*Sanctæ Catharinæ Senensis*, seu *Dominicanarum* Ordo, anno 1609.  
*Sanctæ Mariæ Magdalenaë*, sive *Pœnitentium*, in Gallia, anno 1494.  
*Annunciationis B. Mariæ*, in Gallia, anno 1498.  
*Sanctæ Ursulae*, in Gallia, anno 1611.  
*Visitationis B. Mariæ*, circa annum 1620.

III. SUB REGULA SANCTI BENEDICTI.

M O N A C H I.

- Cluniacensis* Ordo, in Gallia, circa annum 910.  
*Camaldulensis* Ordo, in Italia, anno 997.  
*Vallis-Umbrosæ* Ordo, in Italia, anno 1060.  
*Grandimontensis* Ordo, in Gallia, anno 1076.  
*Cisterciensis* Ordo, in Gallia, anno 1098.  
*Fontis-Ebraldi* Ordo, in Gallia, circa annum 1117.  
*Montis Virginis* Ordo, in Italia, anno 1124.  
*Silvestrinorum* Congr. in Italia, anno 1231.  
*Celestinorum* Ordo, in Italia, anno 1273.  
*Montis Oliveti* Congr. in Italia, circa annum 1320.  
*Sanctæ Justinae de Padua*, & *Cassinensis* Congr. in Italia, anno 1408.  
*Sancti Bernardi* Congr. in Hispania, anno 1425.  
*Bursfeldensis* Congr. in Germania, anno 1430.  
*B. Mariæ Fuliensis* Congr. in Gallia, anno 1573.  
 Addantur & *Carthusiani*, mixtis Benedicti & Augustini Institutis utentes, in Gallia anno 1086.

M O N I A L E S.

- Benedictinæ*.  
*Fontis-Ebraldi*, anno 1117.  
*Sancti Bernardi*.  
*Fulientinæ*, in Gallia, circa annum 1600.  
*B. Mariæ de Calvario*, & *Sanctæ Scholasticæ*, in Gallia, anno 1618.

IV. SUB REGULA SANCTI FRANCISCI.

M O N A C H I.

- Fratrum Minorum* Ordo, qui & *Minorita*, & *Chordigeri*, & per antonomasiam Franciscani, in Italia, anno 1208. Qui primus est Ordo Sancti Francisci.  
 Idem *Conventuales* dicuntur, & *Observantia* ex Pontificum dispensatione aliquantum remissa, de la grande Observance.

*Tertia-*

612 Cap. IX. Index Chronologicus, Ordin. & Regul.

*Tertiariorum Ordo*, five *Tertii Ordinis*, alias *Penitentium S. Francisci*, in Italia, anno 1221.

*Observantiorum Ordo*, *Minorum Reformatorum*, five *Strictioris Observantiae*, in Italia, anno 1419.

*Capucinatorum Ordo*, in Italia, anno 1525.

*Recollektorum Congr.* in Italia, anno 1532.

Adjiciantur & *Minimi*, in Italia, anno 1435.

MONIALES.

*Sancta Clara*, five *Clariffa Strictiores*, in Italia, anno 1212. qui secundus est Ordo B. Francisci.

*Urbanista*, five *Instituti ab Urbano V. Pontif. mitigati*,  
*Capucina*.

F I N I S.



